PROCESSIONALE ROMANUM, RESPONSORIA, HYMNOS, ANTIPHONAS, ...

Ad simpliciter usum P. Fr. Nicolai Lisini a Valent.º M.O. 1845.

PROCESSIONALE

ROMANUM.

PROCESSIONALE ROMANUM,

RESPONSORIA, HYMNOS, ANTIPHONAS,

Aliaque in Supplicationibus decantari solita complectens;

Unà cum Orationibus omnium Sanctorum quos S. D. N. Urbanus VIII, Innocentius X, Alexander VII, Clemens IX et Clemens X inter Cœlites adscripserunt.

NOVA EDITIO,
LOCUPLETIOR ET EMENDATIOR.



LUGDUNI,
Apud F. Savy, bibliopolam, viâ dictâ *de Pusy*, n.° 1.

1827.

LIVRES DE LITURGIE DU RIT ROMAIN,

Imprimés et mis en vente chez le même libraire.

DE
PROCESSIONIBUS.

Publicæ sacræque Processionnes, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo sanctorum Patrum instituto catholica Ecclesia, vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum, uti consuevit, quâ par est religione, celebrari debent : continent enim magna ac divina mysteria, et salutares christianæ pietatis fructus eas piè exsequentes à Deo consequuntur : de quibus fideles præmonere, et erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

Videant inprimis Sacerdotes, aliique Ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia, tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis et religiosis hujusmodi actionibus maximè debetur.

Omnes de Clero, decenti habitu, superpelliceis vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluviâ cogente, induti, graviter, modestè ac devotè, bini suo loco et ordine, pari passu, et æquali inter se servatâ distentiâ, trium circiter passuum ab invicem procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad piè devotèque precandum invitent.

Laïci à Clericis, feminæ à viris separatæ orantes prosequantur.

Præferatur Crux sive à Clerico superpelliceo induto, quandoquè in solemnioribus à subdiacono sacris vestibus ornato, medio inter duos Ceroferarios, prævio Thuriferario cum thuribulo fumigante, imago autem Crucifixi in Cruce pendentis terga vertere debet Clero subsequenti, quasi Christus præire videatur. Excipitur tamen Crux Papalis et Archiepiscopalis, cujus imago convertitur ad Papam, vel Archiepiscopum, ut ex illius aspectu, in summâ curâ animarum ipsi summi Pastoris imagine recreentur, et ubi fuerit consuetudo,

vexillum sacris imaginibus Patronorum scilicet insignitum, non tamen factum militari seu triangulari, sed formâ quadratâ.

Edendi ac bibendi abusum, secumque esculentà et poculenta deferendi in sacris Processionibus agrisque lustrandis, et suburbanis Ecclesiis visitandis tollere Parochi studeant, ac fideles, præsertim die Dominicâ quæ proximè Rogationes antecedit, quàm hæc dedeceat corruptela sæpiùs admoneant.

Processiones priùs fieri debent, deindè Missæ solemniter celebrari, nisi aliter ob gravem causam interdùm ordinario Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis, in Dominicâ Palmarum, Feriâ quintâ in Cœnâ Domini, Feriâ sextâ in Parasceve, Sabbato sancto ad Fontes, in litaniis majoribus, in die sancti Marci, in minoribus Rogationum triduò ante Ascensionem Domini, et in die festo Corporis Christi, vel in aliis diebus, Dominicis scilicet et festis dupli-

cibus, pro consuetudine Ecclesiarum.

Quædam verò sunt extraordinariæ, ut quæ Prælatorum auctoritate variis ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indicuntur.

Orationes autem cum præcedentibus versiculis regulariter dicuntur, seu potiùs unica in fine cujusque Processionis ordinariæ, quandò scilicet non sequitur Missa solemnis aut aliquod officium; si verò sequatur Missa, aut officium Canonicum, non videtur dicenda; idque ex Processionibus diei Purificationis et Dominicæ Palmarum in Missali assignatis colligi potest, post quas immediatè dicitur Missa. Ratio quidem favet, quia in Missâ sequenti, aut officio Canonico, dicenda est eadem oratio quæ dici deberet ad stationem, cujus locum tenet subsequens officium aut Missa solemnis.

TOLOSÆ, ex tipis Augustini Manavit, Regis typographi.




Roma al Pozzo d. Cornacchie N.16. presso l'inc. Ant. Banzo

S ANTONIUS

Ulyssiponensis Civis
Lusitaniae Decus ac Patronus
Et Orbis Thaumaturgus

Vers. Glória Patri, etc., *per octo tonos dispositus, fini Responsoriorum aperto capite à Cantoribus accinendus; etiamque omittendus, si brevior sit Processio, quam ut commodè decantari possit.*


PRIMI TONI.




SECUNDI TONI.



TERTII TONI.





QUARTI TONI.




QUINTI TONI.



SEXTI TONI.



SEPTIMI TONI.




OCTAVI TONI.





et Fi- li- o, et Spiri-
tu-i sanc- to.


IN OMNIBUS
DOMINICIS
EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Ad Aspersionem Aquæ Benedictæ, dicitur Antiphona:






Fi- li- o, et Spi-ri- tu-i sanc- to.



Si- cut e-rat in princi-pi- o, et nunc,



et semper, et in se-cula se-cu-



Et repetitur Antiphona Aspérges me, *usque ad Psalmum* Miserére.

lorum. A- men.

In Dominicis de Passione, et in Ramis Palmarum, non dicitur Glória Patri; *sed post Psal.* Miserére, *repetitur immediatè Antiphona* Aspérges me.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam,

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Domine, exáudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.


OREMUS.


Exaudi nos, Dómine, sancte Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque defféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.


TEMPORE PASCHALI,

Scilicet à Dominicâ Paschæ usque ad Pentecosten cantatur sequens Antiphona.







Psal. Confi- te- mini Domino quoniam bo-nus:




quoniam in se-cu-lum mise-ri-cor-di-a e-jus.



℣. Glori- a Pa- tri, et Fi-li- o, et Spi-ri-



tu- i sancto. Sicut e-rat in princi-pi- o, et




nunc, et semper, et in se-cu-la se- cu- lo-



rum. A-men.

Et resumitur Antiphona usque ad Psalmum, Confitémini.



Vi- di a- quam.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, allelúia.

℟. Et salutáre tuum da nobis, allelúia.

℣.

℣. Domine, exáudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.


Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus; et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.


℟. Amen.

PROPRIUM DE TEMPORE.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Ad Processionem. ℟. 8. *toni.*




bo Da-vid ger- men jus-
tum : et reg- na- bit rex , et sa-
pi-ens e- rit , et fa- ci- et
ju- di- ci- um et justi- ti-
am in ter- ra. * Et
hoc est no- men quod vo-
ca- bunt e- um. * Do- mi-nus
jus- tus nos- ter.
℣. In di- e- bus il- lis sal-




Vers. Gloria Patri. 8. *toni.* pag. 3
Repetitur * Dominus.



IN EADEM DOMINICA PRIMA,

et in aliis Dominicis Adventûs, Responsorium 7. toni.





bum ; et ex- pa- ves- cit virgo
de lu- mi-ne : Ne
ti me-as, Ma- ri- a, in-ve-
vis-ti gra-ti- am a-pud Do- mi-
num. * Ec-ce con-ci pi- es, et pa-
ri- es, et vo- ca-
bi- tur Al-tis- si- mi
Fi- li- us. ℣ Da- bit
e- i Do-mi-nus De- us se-dem



Da-vid pa- tris e- jus : et



reg- na-bit in do-mo Ja-cob in



æ- ter- num. * Ec-ce.

℣. Gloria Patri.
7. *toni*, p. 3.



Repetitur * Ec-ce.


Hymnus.



CON- DI-TOR alme si-derum, Æterna lux



credenti-um, Christe, Re-demptor omnium,



Ex-au-di preces supplicum. 4. *toni.*

Qui cóndolens intéritu
Mortis períre séculum,
Salvásti mundum lánguidum,
Donans reis remédium.


Vergénte mundi Véspere,
Uti sponsus de thálamo


Egressus honestíssimâ
Vírginis Matris cláusulâ.

Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia ;
Cœléstia , terréstria ,
Nutu faténtur súbdita.

Te deprecámur , ágiè ,
Ventúre Judex séculi ,
Consérva nos in témpore
Hostis à telo pérfidi.

Laus , honor , virtus , glória ,
Deo Patri , et Fílio ,
Sancto simul Parácleto ,
In sempitérna sécula. Amen.





ve- ni- et et non tar- da-bit. 4. *toni.*


℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini : ℟. Rectas fácite sémitas ejus.

O R É M U S.


Excita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni; ut, ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas, Deus, in sécula seculórum. ℟. Amen.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Responsorium 8. *toni.*




Sicut Ma- ter conso- la-tur fi- li- os



su- os, i- tà conso-labor




vos, di- cit Do-



minus; et de Je- ru- sa-lem





℣. Glória Patri. 8. *toni.* p. 3.
Repetitur * Et vidébitis.

Aliud

Aliud Responsorium. Missus est, *ut suprà*, p. 11.

Hymnus. Cónditor alme, *ut suprà*, p. 13.

Antiphona. In Adventu, *ut suprà*, p. 14.


℣. Vox clamántis in desérto, p. 15.

OREMUS.


Excita, Dómine, corda nostra, ad præparándas Unigéniti tui vias, ut per ejus advéntum purificátis tibi méntibus servíre mereámur, qui tecum vivit et regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

DOMINICA III. ADVENTUS.

Responsorium 2. toni.



C



℣. Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Quia.

Aliud Responsorium. Missus est, *ut sup.*, p. 11.
Hymnus. Cónditor alme, *ut suprà*, p. 13.
Antiphona. In adventu, *ut suprà*, p. 14.


℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini :


℟. Rectas fácite sémitas ejus.

OREMUS.

AUREM tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda, et mentis nostræ ténebras grátiâ tuæ visitatiónis illústra, qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Dominicâ IV. Adventûs et Vigil. Nat. Domini, quandò venerit in hâc Dominicâ. ℟. 8. *toni.*





Aliud Responsorium. Missus est, *ut suprà*, pag. 11.

Hymnus. Cónditor alme, *ut sup.* p. 13.

Antiphona. In advéntu, *ut sup.* pag. 14.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas ejus.

OREMUS.

Excita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni; et magnâ nobis virtúte succúrre, ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret, qui vivis et regnas Deus in sécula seculórum. ℞. Amen.

Quandò Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominicâ quartâ Adventûs, dicitur ℣. *cum Oratione sequente.*

℣. Crástinâ die delébitur iníquitas terræ,


℞. Et regnábit super nos Salvátor mundi.


OREMUS.

Deus, qui nos redemptiónis nostræ ánnuâ expectatióne lætíficas, præsta, ut Unigénitum tuum, quem redemptórem læti suscípimus, venientem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℞. Amen.

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI.


Responsorium 8. *toni.*







Gloria Patri.
8. *toni*, pag. 4.
Repetitur * Hodiè.

De eodem festo aliud Respons. 8. *toni.*







ta tis. ℣. Om- ni- a



per ip- sum fac- ta sunt, et si- ne



ip- so fac- tum est ni-



hil. * Et vi- di-mus.

℣. Glória Patri. 8. *toni.*

Repetitur * Et vidimus.

Hym. de 1.



CHRISTE, re- demp-tor om-ni-um, Ex



Patre Pa-tris u- ni- ce, So- lus an-te



prin-ci-pi-um, Na-tus in-ef- fa- bi-li- ter.

Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem fámuli.

Meménto,


Meménto, salútis auctor,
Quòd nostri quondam córporis,
Ex illibátâ Vírgine
Nascéndo, formam súmpseris.

Sic præsens testátur dies,
Currens per anni círculum,
Quód solus à sede Patris
Mundi salus advéneris.

Hunc cœlum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est,
Auctórem advéntûs tui
Laudans, exúltat cántico.

Nos quoque, qui sancto tuo
Redémpti sánguine sumus,
Ob diem natális tui,
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna secula. Amen.




Ant. Parvu-lus fi- li- us ho- di- è na-



tus est nobis, et vo-ca- bi-tur De-





8. *toni.*


℣. Notum fecit Dóminus, allelúia,
℟. Salutáre suum, allelúia.


ORÉMUS.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


IN FESTO S. STEPHANI
Protomartyris.


Responsorium 8. *toni.*









tos: vi dit et in-
tro- i- vit. * Be- a- tus
ho- mo cu- i cœ- li
pa- te-
bant. ℣. Cùm i- gi- tur sa-
xorum crepitan- ti-um turbi-ne qua-
te- re- tur, in- ter æ-thereos au-læ
cœlestis si- nus di-vi-na e- i cla-
ri- tas ful-




℣. Glória Patri. 8. *toni*, p. 3.

Repetitur * Beatus.


De eodem festo aliud Resp. 4. toni.





Gloria Patri.
4. toni, pag. 2.
Repetitur * Et ideò.

Hymnus. Deus tuórum mílitum, etc. *ex Communi unius Martyris, infrà* pag. xiij. *sub cantu Hymni.* Christe Redémptor, *cum* ℣. Glória tibi, Dómine, qui natus es, *in fine.*



℣. Stéphanus vidit cœlos apértos :

℟. Vidit et introívit : Beátus homo cui cœli patébant.


OREMUS.

DA nobis, quæsumus, Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

IN FESTO S. JOANNIS APOSTOLI

Et Evangelistæ.

Responsorium 2. toni.







℣. Glória Patri, 2. *toni.* p. 1.

Repetitur * Et scribam.

De eodem festo aliud Resp. 1. *toni.*






℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Beatus.

Hymnus

Hymnus. Exúltet cœlum, *ex Communi Apost. infrà*, pag. *iv*, *sub cantu Hymni.* Christe Redémptor, *ut suprà*, *cum* ℣. Glória tibi Dómine, Qui natus es, etc., *in fine.*



Ant. Is- te est Jo-an- nes qui suprà pectus



Do- mi-ni in cœnà re- cu- bu-it :



be-a- tus A- pos- to-lus cu-i



re-ve-la- ta sunt se-cre- ta cœ- les-ti- a.

℣. Valdè honorándus est beátus Joánnes,


℟. Qui suprà pectus Dómini in cœnà recubuit.

O R É M U S.

Ecclesiam tuam, Dómine, benígnus illústra, ut B. Joánnis Apóstoli tui èt Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempiterna. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


IN FESTO SS. INNOCENTIUM.


Ad Processionem, ℟. 4. *toni.*






De eodem festo aliud Respons. 8. *toni.*




et de-al-ba-ve runt e-
as in san-guine
Ag- ni. ℣. Vi- di
sub al-ta-re De- i a- ni-mas in- ter-
fec- to- rum propter verbum De- i
et prop-ter tes-ti- moni-um
quod ha- be- bant. * Hi
Gloria Patri.
8. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Hi sunt.
sunt.
Ant. Hi sunt qui cum muli- e- ri-



℣. Heródes irátus occídit multos púeros,

℟. In Béthleem Judæ civitáte David.


O R É M U S.


Deus, cujus hodiérn âdie præcónium Innocéntes Mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt, ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA INTRA OCTAVAM

Nativit. Domini. Ad Stationem.

Responsorium 1. toni.





℣. Gloria Patri. I. *toni*, pag. I. *Repetitur* * Jacet.

Aliud Resp. Verbum caro, *ut suprà*, p. 23.
Hymnus. Christe redémptor, *ut suprà*, p. 24.
Antiphona. Párvulus, *ut suprà*, p. 25.


℣. Verbum caro factum est, allelúia,
℟. Et habitávit in nobis, allelúia.


OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo, ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre, qui tecum vivit et regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.


IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

Responsorium 2. toni.







quem cœli cape- re non po- te- rant,



tu o gre- mi- o



contu- lis- ti. ℣. Bene-dic- ta tu



in mu- li- e- ri-bus, et be- ne-



dic- tus fruc-tus ven-tris tu-




℣. Gloria Patri. 2. *toni*, p. 1. *Repet.* * Quia quem.

i. * Quia quem.

Aliud Resp. Verbum caro, *ut suprà*, p. 23.

Hymnus. Christe redémptor, *ut sup.*, p. 24.




Ant. Na- to Do- mino An-ge-lo-rum Chorus



ca- ne- bat, di- cens: Sa-lus De-o nos- tro

sedenti



seden-ti super thro-num et Agno. 8. *toni.*

℣. Verbum caro factum est, allelúia.


℟. Et habitávit in nobis, allelúia.

ORÉMUS.


Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúndâ humáno géneri præmia præstitísti, tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

IN EPIPHANIA DOMINI,


Et per Octavas. Responsorium 2. toni.




IN co-lumbæ spe- ci- e Spi-




ritus sanc- tus vi-sus





est, pa-ter- na vox au- di-



De eodem festo Aliud Resp. 4. toni.





mag- no. * Et, in-trantes do- mum,
in-ve-ne- runt pu- e- rum cum
Ma-ri- â ma- tre e- jus, et
proci- den- tes a- do- ra- ve- runt e-
um: et, a- per- tis
the- sau- ris su- is, obtu- le-
runt e- i mu- ne-ra, au-rum,
thus, et myr- rham. ℣. Stel-
la, quam vi-derant Ma- gi


in O-ri-en- te, an-te-ce- de- bat e-
os, us-què dùm ve-ni-ens sta- ret
suprà, u- bi e- rat pu-
er. * Et in-trantes.
℣. Gloria Patri.
4 *toni*, pag. 2.
Repet. * Et intrantes.


Hymnus.


HOS-TIS Hero- des im- pi-e, Christum
ve-ni- re quid ti-mes? Non e- ri- pit
morta- li- a, Qui regna dat cœles-
ti- a. 3. *toni.*

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequéntes præviam,
Lumen requírunt lúmine,
Deum faténtur múnere.
Lavácra puri gúrgitis
Cœléstis agnus áttigit:
Peccáta, quæ non détulit,
Nos abluéndo sústulit.
Novum genus poténtiæ,
Aquæ rubéscunt hydriæ,
Vinùmque jussa fúndere,
Mutàvit unda oríginem.
Glória tibi, Dómine,
Qui apparuísti hódiè,
Cum patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna secula. Amen.



Ant. Afferte Do- mino, Fi- li- i De- i,



a-do-ra-te Dominum in au-lâ sanctâ e-jus. 7 *t.*

℣. Adoráte Dóminum, allelúia,

℟. Omnes Angeli ejus, allelúia.

OREMUS.

Deus, qui hodiérnâ die Unigénitum tuum géntibus stellâ duce revelásti, concéde propítius, ut,

qui jam te ex fide cognóvimus, usquè ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducàmur: Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Dominica infrà Octavam Epiphaniæ omnia ut in Festo, pag. 41.

Oratio.

VOTA, quæsumus, Dómine, supplicántis populi cœlésti pietáte proséquere, ut et quæ agénda sunt vídeant, et ad impléndа quæ víderint convaléscant: Per Christum Dóminnm nostrum. ℟. Amen.

In octavâ, ut in Festo Epiphaniæ.


Oratio.


DEUS, cujus Unigénitus in substántiâ nostræ carnis appáruit, præsta, quæsumus, ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intús reformári mereámur: Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DOMINICA II. POST EPIPHANIAM,

Et aliis sequentibus usque ad Septuagesimam.


Responsorium I. *toni.*




bant al- ter ad al- te-rum :
* Sanc- tus, Sanc-
tus, Sanc- tus Domi-
nus De- us Sa- ba- oth. * Plena
est om- nis ter-
ra glo- ri- â e-
jus. * Tres sunt qui tes-ti-moni-
um dant in cœ- lo, Pa-ter, Ver-
bum, et Spi- ri-tus Sanc- tus, et




hi tres u- num sunt. * Sanc-



℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.

tus.




* Plena est.


In iisdem Dominicis aliud Resp. 4. toni.




D E-US, qui se-




des su-per thró- num, et



ju- di-cas æ- qui- ta- tem,



es-to re- fu- gi-um pau-




pe-rum in tri- bu- la- ti-



o- ne: * Quia tu so-


lus



lus la-bo- rem et do-



lo- rem con- si- de-ras. ℣. Ti-bi



e- nim de-re-lic- tus



est pau- per, pupil- lo tu e-



ris ad- ju- tor. * Qui-a.

℣. Glória Patri. 4. *toni*, pag. 2.

Repetitur * Quia.


Hymnus.



Lu-cis crea- tor op-ti- me, Lu-cem



di- e- rum pro-fe-rens, Pri- mor-di- is



lu- cis novæ, Mundi pa-rans

G




Qui mane junctum vésperi
  Diem vocári præcipis,
  Tetrum chaos illábitur,
  Audi preces cum flétibus.


Ne mens graváta crímine,
  Vitæ sit exul múnere,
  Dùm nil perénne cógitat,
  Seséque culpis ílligat.

Cœlórum pulset íntimum,
  Vitále tollat præmium,
  Vitémus omne nóxium,
  Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piíssime,
  Patríque compar únice,
  Cum Spíritu Parácleto,
  Regnans per omne séculum. Amen.







gi- a pedem tu-o-rum. 8. *toni.*

℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

OREMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui cœléstia simul et terréna moderáris, supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde tempóribus: Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Dominicâ iij. post Epiphaniam. Oratio.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice; atque ad protegéndum nos déxteram tuæ majestátis exténde: Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ iv. post Epiphaniam. Oratio.

DEUS, qui nos, in tantis perículis constitútos, pro humánâ scis fragilitáte non posse subsístere, da nobis salútem mentis et córporis, ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus: Per Christum, etc. ℟. Amen.

Dominicâ v. post Epiphaniam. Oratio.

FAMÍLIAM tuam, quæsumus, Dómine, contínuâ pietáte custódi, ut, quæ in solâ spe grátiæ cœléstis


innítitur, tuâ semper protectióne muniámur: Per Christum. ℟. Amen.


Dominicâ vj. post Epiphaniam. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exequámur et factis: Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

Responsorium 7. toni.





℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Et inspirávit.

De eodem festo aliud Resp. 7. toni.





us? di- xit Do- mi-nus ad
Ca- in. Nes- ci-o,
Do- mine; numquid cus-
tos fratris mei sum e- go?
Et di-xit ad e- um; Quid
fe- cis- ti? * Ec- cè vox
san-gui-nis fratris tu- i A- bel
cla- mat ad me
de ter- râ. ℣. Male-dic-




tus e- ris su- per ter- ram,




quæ a- pe-ru- it os su- um, et



susce-pit sanguinem fratris tu- i de




ma- nu tu- â.




Gloria Patri.
7. *toni*, pag. 3.
***Repetitur* * Ecce vox.**

* Ec- ce vox.

Hymnus. Lucis creátor, *ut suprà*, p. 49.



Ant. Si cul-men ve-ri ho-no- ris



quæ-ri-tis, ad il- lam cœ-les- tem pa-



triam quanto-ci-ùs prope-ra-te. *7 toni.*

Hymnus. Lucis creátor, *ut suprà*, p. 49.

℣. Dómine, refúgium factus es nobis,

℟. A generatióne in generatiónem.


OREMUS.

PRECES pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, ut, qui justè pro peccátis nostris afflígimur, pro tui nóminis glóriâ misericórditer liberémur : Per Christum Dóminum. ℟. Amen.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.


Responsorium 8. *toni.*







℣. Glória Patri. 8. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Et fecit.

De eâdem Dominicâ aliud Resp. 8. *toni.*






se- minat, se- mi-na- re




se- men su- um.




℣. Et dùm se- mi- nat, a- li- ud ce-cidit



in ter- ram bo- nam, et or- tum



fe- cit fruc- tum cen- tuplum. * E-



xi-it.

Gloria Patri. 8. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Exiit.

Hymnus. Lucis creátor, *ut suprà*, pag. 49.
Antiphona. Si culmen, *ut sup.*, pag. 55.
℣. Dómine, refúgium factus es nobis,
℟. A generatióne et progénie.


ORÉMUS.


Deus, qui cónspicis quia ex nullâ nostrâ actióne confídimus, concéde propítius, ut contra

advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne, muniámur. Per Christum, etc. ℟. Amen.


DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

Responsorium 2. toni.






quem di- xe-ro ti-




bi. ℣. Vo-ca- tus quoque à Do-mino,



res- pon-dit, ad-sum: et a- it



e- i Do- mi-nus:



℣. Glor. Patri. 2. t. p. 1.
Repet. * Tolle.

* Tol- le.

De eâdem Dominicâ aliud Resp.


8 *toni.*




C Æ- cus se-de-bat se-cùs vi-




am, transe- un- te Do-



mi-no, et cla- ma- vit ad


e- um; et a- it
il- li Do- minus:
* Quid vis ut fa ci-am
ti- bi? Do- mi-ne
ut vi-de-am lu-
men. ℣. Stans autem Je- sus
jus- sit il- lum du- ci ad se,
et cùm appropinquasset, in-terro-ga-vit
e- um, di- cens:



Gloria Patri. 8 *toni*, pag. 2. *Repetitur* * Quid vis.

Hymnus. Lucis creátor, *ut suprà*, pag. 49.

Antiphona. Si culmen, *ut suprà*, pag. 55.

℣. Dómine, refúgium factus es nobis,


℟. A generatióne et progénie.

OREMUS.

PRECES nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi; atque à peccatórum vínculis absolútos ab omni nos adversitáte custódi. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FERIA QUARTA CINERUM,

et Dominica Quadrag. Responsorium 2. toni.






pa- ti di- e mor-tis, quæra- mus




spa- ti- um pœ- ni- ten- ti- æ, et




in- ve-ni-re non possi-




mus. * At- tende, Do- mi-ne, et




mise- re- re, quia pec-




ca- vi-mus ti- bi.




℣. Ad- ju-va nos, De-us sa-lu- ta-



ris nos- ter, et propter honorem




nominis tu- i, Domi-ne, li-



℣. Glória Patri. 2 *toni*, pag. 1.
Repetitur * Attende.

Aliud Responsorium 5. toni.




vestibulum



ves-ti- bu-lum et al-ta re



plo-ra-bant Sacerdo- tes, di- cen-



tes * Par-ce.

℣. Glória Patri. 5. *t*, p. 2.
Repetitur. * Parce.



Ant. Cùm je-ju-na- tis, no-li- te fi-



e- ri sicut hy- po- critæ tristes.


℣. Repleti sumus manè misericórdiâ tuâ;
℟. Exultávimus et delectáti sumus.


OREMUS.

PRÆSTA, Dómine, fidélibus tuis, ut jejuniórum veneránda solémnia, et cóngruâ pietáte suscípiant, et secúrâ devotióne percúrrant: Per Christum.
℟. Amen.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

Responsorium 7. toni.





set quadra-gin-ta di-e- bus et qua-dra-



gin- ta noc- ti-bus, pos-te-à



e-su ri- it. * Et




ac-ce- dens.

℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3. *Repetitur* * Et accédens.

Aliud Responsorium Emendémus, *ut suprà*, pag. 62.


Hymnus.




A u- di, be-nig- ne con-di-tor, Nos-



tras pre-ces, cum fle- ti- bus In hoc



sa-cro je-ju-ni- o Fu-sas qua-dra- ge-




na- ri- o. 2. *toni.*

Scrutátor alme córdium,
Infírma tu scis vírium,
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.

Multùm quidèm peccávimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extrà cónteri
Dona per abstinéntiam,
Jejúnet ut mens sóbria
A labe prorsùs críminum.

Præsta, beáta Trínitas,
Concéde simplex únitas,
Ut fructuósa sint tuis,
Jejuniórum múnera. ℟. Amen.



Ant. Adve- ne- runt no-bis di-es pœ- ni-



ten-ti- æ ad re-di-men-da pecca- ta, ad



sal- van-das a- ni-mas. 8 *toni.*


℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in omnibus viis tuis.


OREMUS.

DEUS, qui Ecclésiam tuam ánnuâ Quadragesimáli observatióne puríficas, præsta famíliæ tuæ, ut, quod à te obtinére abstinéndo nititur, hoc bonis opéribus exequâtur : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

Responsorium I. *toni.*




E- sa- ü u- nam turmam, sal-
va- bi-tur al- te-ra. * Li-
be-ra me, Do- mi-ne, qui di-
xisti mi- hi: † Mul-ti-pli-ca-bo
se- men tu- um si- cut stel-
las cœ-li, et si- cut a- re-
nam ma- ris, quæ præ mul-tì-
tu- di-ne nu- me-ra-
ri non potest. ℣. Do-mine,



Aliud Resp. In jejúnio *ut suprà*, pag. 64.
Hym. Audi benígnè. *ut suprà*, pag. 67.
Antiph. Advenérunt. *ut suprà*, pag. 68.
℣. Angelis suis Deus mandávit de te,
℟. Ut custódient te in ómnibus viis tuis.


OREMUS.

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui, intériùs exteriùsque custódi, ut ab ómnibus ad-

versitátibus muniámur in córpore, et à pravis cogitatiónibus mundémur in mente : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

Responsorium 7. toni.





tem Re- gem, ut me



do- len-tem ni- miùm fa-



ci- at e- os cer- ne-re. ℣. Pros-ter-



nens se Ja- cob ve-he-menter



cum la- cry-mis pro- nus in ter-



ram, et a- do- rans, a-



it. * Precor.

℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Precor.

Aliud Resp. Emendémus, *ut sup.*, p. 62.
Hymnus Audi, benígne, *ut sup.*, p. 67.
Antiphona. Advenérunt, *ut sup.*, p. 68.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te,
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


K

OREMUS.


Quæsumus, omnípotens Deus, vota humílium réspice; atque ad defensiónem nostram dexteram tuæ majestátis exténde: Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA IV QUADRAGESIMÆ.

Responsorium 2. toni.







Glória Patri. 2. *toni*, p. 1.
Repetitur * Et tibi.

Aliud Resp. In jejúnio, *ut sup.*, pag. 64.
Hymnus. Audi, benígnè, *ut sup.*, pag. 67.
Antiphona. Advenérunt, *ut sup.*, pag. 68.


℣. Angelis suis Deus mandávit de te;
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.


OREMUS.

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui ex mérito nostræ actiónis afflígimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus: Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA PASSIONIS.

Responsorium 3. toni.






ant vi-æ e- o- rum te- ne-bræ,



et lu- bricum ; et An- ge-lus Do- mi-ni



per- se-quens e- os.



* Et om- nis.

Non dicitur Glória Patri ; *sed reiteratur Resp.* Quis dabit cápiti.

Aliud Responsorium 2. *toni.*




C IR-CUM- DE- DE- RUNT me




vi- ri men- da- ces,




si ne cau- sâ fla-



gel- lis cæ-ci- de-runt me.


* Sed tu, Do- mi-ne de-fen-
sor, vin- di-ca
me: ℣. Quo- ni-am
tri- bu- la- ti- o pro- xi-ma
est, et non est qui ad-
juvet. * Sed tu. ℟. Circum- de-
de- runt me.
Hym.
VE- XIL- LA Re- gis pro-de- unt :
Fulget Crucis myste- ri- um, Quo carne



Quo vulnerátus ínsuper
  Mucróne diro lánceæ :
  Ut nos laváret crímine
  Manavit undâ et sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
  David fidéli cármine ,
  Dicens : in natiónibus
  Regnávit à ligno Deus.


Arbor decóra et fúlgida ,
  Ornáta regis púrpurâ ,
  Eléсta digno stípite
  Tam sancta membra tángere.

Beáta cujus bráchiis
  Secli pepéndit prétium !
  Statéra facta córporis ,
  Prædámque tulit tártari.

O Crux , ave , spes única !
  Hoc Passiónis témpore
  Auge piis justítiam ,
  Reísque dona véniam.

Te , summa Deus Trínitas ,

Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sécula. ℟. Amen.



Ant. Vide Do- mine, et consi- de-ra



quoniam tri-bulor, ve- loci-ter ex- au-di me. 7. *t.*

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus.
℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

OREMUS.

Quæsumus, omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice, ut, te largiénte, regátur in córpore, et, te servánte, custodiátur in mente : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA PALMARUM.

Completâ Tertiâ, et factâ aspersione aquæ benedictæ more solito, Sacerdos, indutus stolâ et pluviali violaceis, vel sine casulâ, cum Ministris similiter indutis, sed sine Dalmaticâ, in præcipuis verò Ecclesiis cum Planetis plicatis antè pectus, juxta Rubricam Missalis, de qualitate paramentorum, procedit ad benedicendum Ramos


Ramos Palmarum et Olivarum, sive aliarum arborum, in medio Altaris, vel ad cornu Epistolæ positos. Et primò à choro cantatur ante benedictionem Ramorum sequens Antiphona 7. toni.



H O-SAN-NA fi-li-o Da-vid : be-ne-



dic-tus, qui ve-nit in no-



mi-ne Domini. O Rex Is-ra-ël,




Ho-san-na in excelsis.


Post Epistolam, pro Graduali, dicitur Resp. 8. toni.



I N monte O-li-ve-ti o-ra-vit



ad Pa-trem: Pa-ter,



si fi-e-ri po-test, transe-at




à me ca-lix is-te.

L




* Spi- ri-tus qui- dem promp- tus est,




ca- ro au-tem in- fir- ma:




fi- at vo-lun- tas tu-



a. ℣. Vi- gi- la- te



et o- ra- te, ut non in-tre- tis



in ten-ta- ti-o-




nem. * Spi- ri-tus.


Post Præfationem, dicitur:




SANCTUS, Sanctus, Sanctus Dominus Deus




Sabaoth. Pleni sunt cœli et terra glo-



ri- â tu-â : Hosanna in ex- cel- sis.




Be-nedictus, qui ve-nit in no-mi-ne Do-mi-ni:




Ho-san-na in ex-cel- sis.

In distributione Ramorum, à Choro cantantur duæ sequentes Antiphonæ.




P U- E- RI Hebræo- rum portantes



ramos o- li- va-rum obvi- a- ve-runt Do-



mino, claman-tes et di-cen-tes: Hosan-



na in excelsis. 1. *toni.*


Alia Antiph. 1. *toni.*




P U- E- RI Hebræo- rum vesti-men-ta







Quòd si prædictæ Antiphonæ non sufficiant, repetantur quousquè Ramorum distributio finiatur. Deindè Sacerdos dicit Orationem Omnipotens, *etc. ut in Missali, posteà fit Processio. Ac primùm Celebrans imponit incensum in thuribulum, et Diaconus vertens se ad populum, dicit :*




Et Chorus respondet :




Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante, deindè Subdiaconus paratus, deferens crucem, medius inter duos Acolytos cum candelabris et candelis accensis : sequitur Clerus per ordinem, ultimò Celebrans cum Diacono à

sinistris, omnes Ramos seu Palmas, sinistrâ videlicèt qui sunt ad sinistram, dexterâ verò qui sunt ad dexteram partem Chori, deferentes; et cantantur sequentes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ quousquè durat Processio.


Antiphona 8 *toni.*





et ad-du- ci- te mihi. Si quis vos
in-terro-ga-ve-rit, di- ci-te: Opus Domi-
no est. Solventes ad- du-
xerunt ad Je- sum, et impo-su-e- runt
il- li vesti- menta su- a, et
se- dit su-per e- um: a- li- i ex-
pan-de-bant vesti-men-ta su- a in
vi- à: a- li- i ramos de ar-bo-ribus
sternebant, et qui se-queban-tur, cla-




Alia Antiphona 6 *toni.*





e-runt e- i ob- vi-àm, et cla- ma-
bant pu- e- ri, di-cen-tes: Hic est,
qui ven-tu- rus est in sa- lu- tem
po- pu- li. Hic est sa- lus
nostra, et re- dempti-o Is- ra- el.
Quantus est is- te, cu-i Throni et
Domina-ti o- nes oc cur- runt!
No-li ti- me- re, fi- li- a Si-on:
Ec-cè Rex tu-us ve- nit ti- bi,

sedens



se- dens super pullum a- si-næ, si-cut



scrip-tum est. Sal- ve, Rex fa-bri-ca-




tor mun- di, qui ve-




nis- ti re- di- me-re nos.


Alia Antiphona 8 *toni.*



A N- TE sex di- es so-lem-nis



Pas- chæ, quandò ve-nit Do- mi-nus



in ci- vi-ta- tem Je- ru- sa-lem, oc-




currerunt e- i pu- e- ri, et in






Alia Antiphona 8 toni.





Alia Antiphona 6 *toni.*





Alia Antiphona 8 toni.



In reversione Processionis duo vel quatuor Cantores intrant in Ecclesiam, et, clauso ostio, stantes versâ facie ad Processionem, incipiunt ℣. Glória laus. *et decantant duos primos* ℣. *Sacerdos verò cum aliis extra Ecclesiam eosdem integrè repetit. Deindè qui sunt intùs cantant* ℣. *seq. vel omnes, vel partem, prout videbitur: et qui sunt extrà, ad quoslibet duos* ℣. *respondent* Glória. *sicut à principio.*


℣. 1.
GLO- RI- A, laus et ho- nor ti- bi
sit, Rex Christe Re-demptor, cu-i pu- e-
ri- le de- cus prompsit Ho- san- na
pi- um.
Ch. ℣. Glória, laus.
Cant. Is- ra- ël es tu Rex, Da-
vidis et in- clyta pro-les, no-mi-ne
qui in Do-mini, Rex be- ne- dic- te,
ve- nis.
Ch. ℣. Glória, laus.
Cant. Cœtus in ex- cel- sis te lau- dat


cœ- li- tus omnis, et morta- lis ho- mo,
et cunc-ta crea- ta si- mùl.
Ch. ℣. Glo. laus.
Cant. Plebs Hebræ-a ti- bi cum pal- mis
ob- vi- a ve- nit: cum pre-ce, vo- to,
hym- nis ad- sumus ecce ti- bi.
Ch. ℣. Glória, laus.
Cant. Hi ti- bi pas-su- ro sol- ve- bant
mu- ni- a lau-dis: nos ti- bi reg-nan- ti
pan- gimus eccè me- los. Ch. Glór., laus.
Cant. Hi pla-cu-ê- re ti- bi: pla- ce-at




de- vo-ti- o nos- tra, Rex bone, Rex



cle- mens, cu-i bo- na cunc-ta pla-cent.

His versibus decantatis, Subdiaconus deferens Crucem, percutit hastili Crucis semèl portam Ecclesiœ in imâ parte, quâ statim apertâ, Processio intrat in Ecclesiam cantando Resp. Ingrediénte Dómino, etc. *ut sequitur, nihilque aliud dici debet, juxta Rituale et Missale Romanum ab Urbano VIII. recognitum : quapropter à Subdiacono non percussâ et apertâ januâ, ut suprà, Processio intrat, et cantatur Præfatio, et sequens Responsoriorum* 2 *toni.*




I IN-GREDI-EN- TE Do- mi-no in




Sanctam ci- vi- ta- tem, He-



bræ-o- rum pu- e- ri re- surrec-



ti-o- nem vi- tæ præ- nun- ti-



Non dicitur Glória Patri. *Deindè celebratur Missa solemnis, et Rami tenentur in manibus, dùm cantatur Passio et Evangelium tantùm.*

FERIA

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Fit Processio in quâ defertur SS. Sacramentum eo ritu quo describitur in Missali. Et cantatur eundo Hymnus sequens, toni 3.



Nobis datus, nobis natus
Ex intáctâ Vírgine,
Et in mundo conversátus
Sparso Verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum fratribus,
Observátâ lege plenè

Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem éfficit;
Fitque sanguis Christi merum:
Et si sensus déficit;
Ad firmándum cor sincérum,
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui,
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides supplementum
Sénsuum deféctui.

Genitóri, Genitóque
Laus et jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.


Redeundo per breviorem viam nihil cantatur: Et in Choro dicuntur Vesperæ in directum sine cantu.


FERIA VI. IN PARASCEVE.


Peractâ Crucis adoratione, itur processionalitèr per breviorem viam ad locum ubì pridiè sanctum Sacramentum repositum fuerat, et eundo nihil dicitur, sed redeundo per longiorem viam, cantatur Hymnus Vexilla Regis. *ut suprà*, p. 78.

SABBATO SANCTO ET IN VIGILIA

Pentecost. fit Process. ad Fontes cantando sequentem Tractum 8. *toni.*




me a ad De-um
vi- vum: quandò
ve- ni-am, et ap-pa- re-
bo an-te fa- ci-em
De- i? * Fu-e- runt mi- hi
la-cry-mæ me- æ
pa-nes di-e ac noc- te,
dùm di- ci-tur mi- hi per
sin- gu-los di- es:



Deindè Sacerdos antequàm intret ad Benedictionem Fontis, dicit ℣. et sequentem Orationem juxta Fontem.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.


OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius ad devotiónem pópuli renascéntis, qui, sicut cervus, aquárum tuárum éxpetit fontem; et concéde propítius ut fidei ipsíus sitis, Baptísmatis mystério, ánimam corpúsque sanctíficet: Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. ℟. Amen.


Posteà Sacerdos procedit ad Benedictionem Fontis, ubì dicit aliam Orationem, Præfationem, et alia peragit, prout in Missali: quibus finitis, et revertentibus Secerdote et Ministris ad Altare, cantantur Litaniæ sequentes à duobus Clericis, et Chorus ad totum repetit quod à Cantoribus est præcantatum; et Clerus, cùm repetierit Chorum, genuflectit usquè ad finem Litaniæ, Sacerdote, deposito pluviali, cum suis Ministris, depo-

sitis planetis plicatis (si usi fuerint) ante Altare procumbente, usque ad ℣. peccatóres, *exclusivè.*





Sancta De-i Geni-trix, o- ra pro nobis.



Sancta Virgo Virginum, o-ra pro nobis.



Sancte Micha-ël, o-ra pro nobis.

Sancte Gabri-ël, o-ra pro nobis.


Sancte Raphaël, o-ra pro nobis.



Omnes Sancti Ange-li et Archange-li,




o- ra-te pro nobis. Omnes Sancti be-



a- to-rum Spiri-tu-um Ordi-nes, o- ra-te



pro nobis. Sancte Jo-annes-Baptista,



o- ra pro nobis.

Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte pro nobis.

Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andréa, ora pro nobis.
Sancte Joánnes, ora pro nobis.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte pro.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.
Sancte Lauréнti, ora pro nobis.
Sancte Vincénti, ora pro nobis.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Silvéster, ora pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Augustíne, ora pro nobis.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte pro.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.
Sancte Francísce, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Anastásia, ora pro nobis.

Omnes

Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.

Omnes sancti et sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propi- ti- us esto, Parce nobis, Domine.

Propí- ti- us esto, Ex-au-di nos, Dómine.

Ab omni malo, líbera nos, Dómine.

Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.

A morte perpétuâ, líbera nos, Dómine.

Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera nos, Dómine.

Per Advéntum tuum, líbera nos, Dómine.

Per Nativitátem tuam, líbera nos, Dómine.

Per Baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera nos, Dómine.

Per Crucem et Passiónem tuam, líbera nos.

Per Mortem et Sepultúram tuam, líbera nos.

Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera nos, Dómine.

Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera nos, Dómine.


Per Advéntum Spíritûs sancti Parácleti, líbera nos, Dómine.

In die judícii, líbera nos, Dómine.



Pecca-to-res, te ro-gamus, audi nos.

O



Ut no-bis parcas, te ro-gamus, au-di nos.

Ut Ecclesiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiasticos Ordines in sanctâ religióne conservare dignéris, te rogámus.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris. te rogamus, audi nos.

Ut Régibus et Princípibus Christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus.

Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus.


Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus, audi nos.



Agnus De-i, qui tollis pec-ca-ta

Agnus De-i, qui tollis pec-ca-ta

Agnus De-i, qui tollis pec-ca-ta



mundi, Parce nobis, Dómine.
mundi, Exau- di nos, Dómine.
mundi, Mi-se- re- re no- bis.



Christe, au-di nos. Christe, exau-di nos.

Deindè cantores solemniter incipiunt ad Missam. Kyrie, eléïson.


IN DIE SANCTO PASCHÆ,

et per ejus Octavam, Ad Processionem.


Responsorium 3. *toni.*




A N- GELUS Do- mi-




ni des- cen- dit de cœ-



lo, et ac- ce- dens re- vol- vit




la- pi-dem, et su- per e-



um se- dit, et di-xit mu- li-
e- ri-bus: * No- li- te ti-
me- re: sci-o e- nim
qui-a cru- ci-fi- xum quæ- ri- tis:
jam sur-re xit: ve-ni te,
et vi-de-te lo- cum u- bì po-
si- tus e- rat Domi- nus,
al- le-lu- ia. ℣. Et in-tro-e- un-
tes in monu-men-tum vi-de-



runt ju- venem se-dentem in dex-tris,



co-o-pertum stolà can-di-dà, et obs- tu-




pue- runt; qui di- xit




il- lis: * No-li- te.

℣. Glória Patri, etc. 3. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Nolite.


De eâdem solemnitate aliud Resp. 4. toni.




CUM tran-sisset Sab ba-




tum, Ma- ri- a Mag- da-le-



ne, et Mari- a Ja- co-




bi, et Sa lo- me e- me- runt a-



℣. Glória Patri. 3 *toni*, pag. 1.
Repetitur * Ut veniéntes.

Aliud Responsorium 5. *toni.*






℣. Glória Patri. 5. *toni*, pag. 2.


Repetitur * Veníte.

Aliud Responsorium 4. toni.






le- lu- ia. ℣. Mortu-us



est se- mèl propter de-



lic- ta nos- tra, et re-surre- xit




propter jus-ti-fi- ca- ti- o-nem




nos- tram. ℣. Quòd autem.

℣. Glória Patri. 4. *toni*, pag. 2.
Repetitur * Quòd autem.

Antiphona 8. *toni.*



NON-NÈ sic o-portu-it pa- ti



Christum, et i- ta in- tra- re in glo-



ri-am su- am? al- le- lu-ia.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro, alleluia.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, alleluia.

Dominicâ Resurrectionis. ORÉMUS.

Deus, qui, hodiérnâ die, per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devíctâ morte, reserásti, vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, étiam adjuvándo proséquere: Per eúmdem Christum Dóminum, etc. ℟. Amen.

Feriâ secundâ. ORÉMUS.

Deus, qui, solemnitáte Pascháli, mundo remédia constulísti, pópulum tuum, quæsumus, cœlésti dono proséquere, ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam profíciat sempitérnam: Per Christum Dóminum, etc.

℟. Amen.

Feriâ tertiâ. ORÉMUS.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas, concéde fámulis tuis, ut Sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt: Per Christum, etc. ℟. Amen.

Feriâ quartâ. ORÉMUS.

Deus, qui nos Resurrectiónis Dóminicæ ánnuâ solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut per temporália festa, quæ ágimus, perveníre ad gáu-

dia ætérna mereámur : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Feriâ quintâ. ORÉMUS.

DEUS, qui diversitátem gentium in confessióne tui nóminis adunásti, da ut renátis fonte Baptísmatis una sit fides méntium et piétas actiónum : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Feriâ sextâ. ORÉMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Paschále Sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti, da méntibus nostris, ut, quod professióne celebrámus, imitémur efféctu : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


Sabbato in Albis. ORÉMUS.

CONCÉDE, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui festa Paschália veneránda ágimus, per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA IN ALBIS.

Ad Processionem.


Respons. Angelus Dómini, etc., *ut suprà*, pag. 107, *vel sequens Responsorium 7. toni.*







℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur. * Pax.





sto- lis albis candi-di, Post transitum maris



rubri, Christo canamus princi-pi. 8. *toni.*

Cujus corpus sanctíssimum,
In arâ crucis tórridum,
Cruóre ejus róseo,
Gustándo vívimus Deo.

Protécti, Paschæ véspere,
A devastánte Angelo,
Erépti de duríssimo
Pharaónis império.


Jam Pascha nostrum Christus est,
Qui immolátus Agnus est,
Sinceritátis ázyma,
Caro ejus obláta est.

O verè digna hóstia,
Per quam fracta sunt tártara,
Redémpta plebs captiváta,
Réddita vitæ præmia.

Consúrgit Christus túmulo,
Victor redit de Bárathro,
Tyránnum trudens vínculo,
Et paradisum réserans.

Quæsumus, auctor ómnium,
In hoc Pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi, Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.




℣. In resurrectióne tuâ, Christe, allelúia.
℟. Cœli et terra læténtur, allelúia.

OREMUS.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui Paschália festa perégimus, hæc, te largiénte, móribus et vitâ teneámus. Per Christum Dómiuum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA II. POST PASCHA.

Responsorium 1. toni.





Glória Patri. 1. *t.* p. 1. *Repetitur* * Allelúia.

tus. * Al-le- lu- ia.

Aliud Resp. Angelus Dómini locútus, etc. *ut suprà*, pag. 110.

Hymnus. Ad cœnam, etc. *ut suprà*, pag. 117.

Antiphona. Oportébat, etc. *ut suprà*, pag. 119.

℣. In resurrectióne tuâ, Christe, allelúia,


℟. Cœli et terra læténtur, allelúia.

OREMUS.


DEUS, qui, in Fílii tui humilitáte, jacéntem mundum erexísti, fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam, ut, quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Responsorium 7. toni.



A u- di- vi vo- cem de




cœ- lo tan- quàm vocem to-ni-tru-i


mag-ni, al-le- lu- ia:
regna- bit De-us nos- ter
in æ- ternum, al- le- lu-
ia: * Quia fac-ta est sa- lus, et
virtus, et po- tes- tas Chris-
ti e- jus, al- le-lu-ia, al- le-
lu- ia. ℣. Et vox de
throno e- xi-vit, di- cens: laudem di-ci-te
Deo nos- tro, om-nes Sanc-ti e-



jus, et qui ti-me-tis De- um pu-



sil- li et mag-



Glor. Patri. 7. *toni*, p. 3.
Repetitur * Quia facta.

gni. * Quia facta.

Aliud Resp. Christus, *ut suprà*, pag. 112.

Hymnus. Ad cœnam, *ut suprà*, pag. 117.

Antiphona. Oportébat, *ut suprà*, pag. 119.

℣. In resurrectióne tuâ, Christe, allelúia,

℟. Cœli et terra lætentur, allelúia.

OREMUS.


Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis, da cunctis, qui Christiánâ professióne censentur, et illa respúere quæ huic inimíca sunt nomini, et ea quæ sunt apta, sectári. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DOMINICA IV. ET. V. POST PASCHA.

Responsorium 2. toni.



V I- DE- RUNT te a-quæ, De-


us, vi-de-runt te a-quæ et
ti- mu- e- runt. * Multi-
tudo so- ni-tûs a- qua- rum;
vo-cem de- de-runt nu-
bes; al- le- lu-ia, al-le- lu- ia,
al- le- lu- ia. ℣. Il-lu-
xe- runt corusca-ti- o- nes tu-æ
or- bi ter- ræ : vi-dit et com-
mo- tâ est ter- ra.



Glória Patri, etc. 2. *t.*, p. 1.
Repetitur * Multitúdo.

Aliud Resp. Christus. *ut suprà*, pag. 112.
Hynnus. Ad cœnam. *ut suprà*, pag. 117.
Antiphona. Oportébat, *ut suprà*, pag. 119.

℣. In resurrectióne tuâ, Christe, allelúia,
℟. Cœli et terra lætentur, allelúia.

OREMUS.

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis, da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis; ut, inter mundánas varietátes, ibì nostra fixa sint corda, ubì vera sunt gáudia. Per Christum Dóminum, etc. ℟. Amen.

Dominicâ quintâ post Pascha. OREMUS.


Deus, à quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis, ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt, et, te gubernánte, eádem faciámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DE PROCESSIONE IN LITANIIS

Majoribus in die S. Marci, et Minoribus, in triduo Rogationum.

Clerus et populus, horâ statutâ manè in Ecclesiâ congregati, omnes contrito et humili corde Deum,

flexis genibus, paulispèr precentur. Sacerdos pluviali et stolâ, cum Ministris, vel saltem superpellice et stolâ, violaceis coloribus, sit indutus. Cæteri verò, Sacerdos et Clerici, superpellice induti, stantes nudo capite, concinant sequentem Antiphonam. 2. toni.





princi-pi-o, et nunc, et sem-per, et



in se-cu-la se-cu-lo- rum. A- men.

Et repetitur Antiphona Exúrge Dómine.

Deindè genuflectant omnes, et duo Clerici, ante Altare genuflexi, devotè Litanias sequentes cantare incipiant; sed à Kyrie, eléïson, etc., *usque ad hæc verba*, Pater de cœlis *exclusivè*, *Chorus id totum repetit, quod à Cantoribus est præcantatum : ab illis autem verbis tantùm respondent*, Miserère nobis. Ora pro nobis, etc.


Si verò longior sit processio, repetantur Litaniæ, utroque Choro idem simùl respondente, quod à duobus Cantoribus priùs cantatum fuerit; vel Litaniis absolutis, usque ad Preces exclusivè, dicantur Psalmi aliqui ex Pœnitentialibus, seu Gradualibus; Hymni verò, vel Cantica lætitiæ, in iis, vel in Rogationibus, aut aliis Pœnitentiæ causâ institutis Processionibus, non dicantur.

Cùm autem cantatum erit Sancta María, ora pro nobis, *surgunt omnes, et ordinatim procedunt egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente Cruce, comitibus hinc et indè duobus Ceroferariis, et subsequente Clero : ultimo loco sit Sacerdos*

paratus, ut suprà dictum est, cum Ministris, prout res vel locus postulat, sacris vestibus indutis.

Si ad unam vel plures Ecclesias in viâ sit divertendum, ingressis Ecclesiam, intermissisque Litaniis vel Psalmis, cantatur Antiphona cum versiculo et Oratione sancti Patroni illius Ecclesiæ. Deindè egredientibus, reassumptis Precibus et Orationibus omnibus, Processio terminatur.

LITANIÆ MAJORES
ET MINORES.



Fili Redémptor mundi Deus, miserére.

Spíritus sancte Deus, miserére.

Sancta Trínitas unus Deus, miserére.

Sancta



Sancta Mari- a, o- ra pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.


Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.




Sancte Micha-ël, o- ra pro nobis.

Sancte Gabri-ël, o-ra pro nobis.


Sancte Rapha-ël, o-ra pro nobis.



Omnes sancti An-ge-li et Archan-ge-li,



o- ra- te pro nobis. Omnes sancti be-a-



torum Spiri- tuum Ordi-nes, o- ra- te pro



nobis.

Sancte Joánnes-Baptísta, ora pro nobis.

Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte pro.

Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule, ora pro nobis.

Sancte Andréa, ora pro nobis.

Sancte Jacóbe,	ora pro nobis.
Sancte Joánnes,	ora pro nobis.
Sancte Thoma,	ora pro nobis.
Sancte Jacóbe,	ora pro nobis.
Sancte Philíppe,	ora pro nobis.
Sancte Bartholomæe,	ora pro nobis.
Sancte Matthæe,	ora pro nobis.
Sancte Simon,	ora pro nobis.
Sancte Tadæe,	ora pro nobis.
Sancte Màthía,	ora pro nobis.
Sancte Bárnaba,	ora pro nobis.
Sancte Luca,	ora pro nobis.
Sancte Marce,	ora pro nobis.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ,	oráte pro.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	oráte pro nobis.
Omnes sancti Innocéntes,	oráte pro nobis.
Sancte Stéphane,	ora pro nobis.
Sancte Laurénti,	ora pro nobis.
Sancte Vincénti,	ora pro nobis.
Sancte Fabiáne et Sebastiáne,	oráte pro nobis.
Sancti Joánnes et Paule,	oráte pro nobis.
Sancti Cosma et Damiáne,	oráte pro nobis.
Sancti Gervási et Protási,	oráte pro nobis.
Omnes sancti Martyres,	oráte pro nobis.
Sancte Silvéster,	ora pro nobis.
Sancte Gregóri,	ora pro nobis.
Sancte Ambrósi,	ora pro nobis.
Sancte Augustíne,	ora pro nobis.

Sancte Hierónyme, ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora pro nobis.
Sancte Nicolae, ora pro nobis.
Sancte Desidéri, ora pro nobis.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora pro nobis.
Sancte Francísce, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte pro.
Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte pro.
Sancta Maria Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Lúcia, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Cæcília, ora pro nobis.
Sancta Catharína, ora pro nobis.
Sancta Anastásia, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti et sanctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propi- ti- us es- to, parce nobis, Domine.
Propi- ti- us es- to, exaudi nos, Domine.

Ab omni malo, líbera nos, Dómine.

Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab irâ tuâ, líbera nos, Dómine.
A subitáneâ et improvísâ morte, líbera nos.
Ab insidiis diáboli, líbera nos, Dómine.
Ab irâ et ódio, et omni malâ voluntáte, líbera.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos, Dómine.
A morte perpétuâ, líbera nos, Dómine.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Advéntum tuum, líbera nos, Dómine.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem et Passiónem tuam, líbera nos.
Per mortem et Sepultúram tuam, líbera nos.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera nos.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera nos.
Per advéntum Spíritûs sancti Parácleti, líbera.
In die judícii, líbera nos, Dómine.



Un nobis parcas, te rogámus, audi nos.
Ut nobis indúlgeas, te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos

Ordines in sanctâ religióne conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut Régibus et Princípibus Christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus.

Ut cuncto pópulo Christiáno pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus.


Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab ætérnâ damnatióne erípias, te rogámus.

Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris, te rog.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem æternam donáre dignéris, te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus, audi nos.




Agnus De- i, qui tollis pecca-ta

Agnus De- i, qui tollis pecca-ta

Agnus De- i, qui tollis pecca-ta




mundi, Parce nobis, Domi-ne.
mundi, Exau- di nos, Domi-ne.
mundi, Mi- se- re- re no- bis.



Christe, audi nos. Christe, exau-di



nos. Kyri- e, e- le- ï- son. Christe, e- le-



ï- son. Kyri- e, e- le- ï- son.

Pater noster. *et reliqua secretò. Deindè altâ voce.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

Psalmus 69.

Deus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festina.

Confundántur, et revereántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsùm, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent et lætentur in te omnes qui quærunt te : * et dicant semper, magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus et pauper sum : * Deus, adjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu : * Dómiue, ne moréris.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui sancto :

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sécula seculórum. Amen.

℣. Salvos fac servos tuos,

℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis,

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis;

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine, non secúndùm peccáta nostra fácias nobis :

℟. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Orémus, pro Pontifice nostro *N.*

℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus, pro Benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus, pro fidélibus defúnctis:

℟. Réquiem æternam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis auxílium de sancto;

℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam:

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprécatiónem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exaudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

Ineffabilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde; ut simùl nos à peccátis ómnibus éxuas, et á pœnis quas pro his merémur erípias.

Deus,

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* et dírige eum secúndùm cleméntiam tuam in viam salútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et totâ virtúte perfíciat.

Deus, à quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et, hóstium sublátâ formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquilla.

Ure igne sancti Spíritûs renes nostros et cor nostrum, Dómine, ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tribue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

Actiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere; et cuncta

nostra orátio et operátio à te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simùl et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis, te súpplices exoramus, ut, pro quibus effundere preces decrévimus, quosque vel præsens séculum adhùc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntià, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.


℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum Spíritu tuo.


℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI,

et per Octavas. Ad Processionem.




mi-ni Ex-al-ta- ta est
su- per si- de-ra. * Spe-
ci- es e- jus in
nu- bi-bus cæ- li,
et no- men e- jus in
æ- ter-num per- manet; al-
le- lu- ia. ℣. A sum- mo
cœ- lo e- gres- si-o e- jus,
et oc- cursus e- jus us-què ad



summum e- jus. * Spe- ci- es.


℣. Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Spécies.


Aliud Responsorium 2. *toni.*



P o- NIS nu- bem as-cen- sum




tu- um, Do- mine, * Qui am-



bulas su- per pen- nas



ven- to- rum, al- le- lu-



ia. ℣. Confes-si-o- nem et de-co-



rem in- du- is- ti a- mic- tus




lu-men si- cut vesti- men-



tum. * Qui am- bu-las.

℣. Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Qui ámbulas.

Aliud Responsorium 3. *toni.*




EGO roga-bo Pa- trem




et a- li-um Pa- ra-



cletum da- bit vo- bis :



* Ut ma- ne-at vo-bis- cum




in æ- ter- num , Spi- ri-tum



ve-ri- ta- tis , al- le-



lu- ia. ℣. Si e- nim



℣. Glória Patri. 3 *toni*, pag. 1.
Repetitur * Ut máneat.

Hymnus.




Quæ te vicit cleméntia,
  Ut ferres nostra crímina!
  Crudélem mortem pátiens,
  Ut nos à morte tólleres!

Inférni claustra pénetrans,
  Tuos captívos rédimens,
  Victor Triúmpho nóbili,
  Ad dextram Patris résidens.


Ipsa te cogat píetas,
  Ut mala nostra súperes
  Parcéndo, et voti cómpotes
  Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudium,
  Qui es futúrus præmium:
  Sit nostra in te glória,
  Per cuncta semper sécula. Amen.

Ant.



A S-CENDIT De-us in ju-bi-la-ti-o-ne,



et Do-mi-nus in voce tu-bæ, al- le-



lu-ia. 4.ⁱ *toni.*

℣. Dóminus in cœlo, alleluia,

℟. Parávit sedem suam, alleluia.

OREMUS.

CONCÉDE, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui hodiérnâ die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad cœlos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in cœléstibus habitémus : Per eúmdem Christum. ℟. Amen.

Dominica infrà Octavam Ascensionis.

℟. Ego rogábo. *Cum aliis, ut sup.*, p. 141.

OREMUS.


OMNIPOTENS sempitérne Deus, fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, et majestáti tuæ síncero corde servíre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

In Vigiliâ Pentecostes, agatur ut in Vigiliâ Paschæ, pag. 99.

IN FESTO PENTECOSTES,

Et per Octavas, ad Processionem.

Responsorium 2. toni.




Spi-




℣. Gloria Patri. 2. *toni*, pag. 1. *Repetitur* * Et convenit.

T

Aliud Responsorium 3. *toni.*




gua- rum, al-le.
lu- ia. ℣. Adve- nit
ig-nis di-vi- nus non combu-rens,
sed il-lu- mi-nans, et tri- bu-it e- is
cha-ris- matum do- na.
℣. Glór. Pat. 3. toni, p. 1.
Repet. * Et in ore.
* Et in o- re.
Hym.
Veni, Crea- tor Spi- ri- tus; Mentes
tu-o- rum vi- si- ta; Imple su- per- nâ
gra- ti- â, Quæ tu Creas- ti, pecto-ra. 8. t.

Qui parácletus díceris,
donum Dei Altíssimi,
Fons vivus, ignis, cháritas,
Et spiritális únctio.


Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu ritè promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.


Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngiùs,
Pacémque dones prótinùs,
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Filium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui à mórtuis
Surréxit, ac Parácleto,
In seculórum sécula. Amen.





℣. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúia.
℟. Et cœpérunt loqui, allelúia.

OREMUS.

Deus, qui hodiérnâ die corda fidélium sancti Spíritûs illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Feriâ secundâ Pentecostes.

OREMUS.

Deus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum, concéde plebi tuæ petitiónis efféctum; ut, quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Feriâ tertiâ Pentecostes.

OREMUS.

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritûs Sancti, quæ et corda nostra clémenter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Feriâ IV. post Pentecosten. Quat. Temp.

ORÉMUS.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paracletus, qui à te procédit, illúminet, et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem, qui tecum vivit et regnat in sécula seculórum.

℞. Amen.

Feriâ V. Oratio, ut suprà in die Pent. Feriâ sextâ post Pent. Quat. Temp.

ORÉMUS.

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ miséricors Deus, ut Sancto Spíritu congregáta hostíli nullátenús incursióne turbétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Sabbato Pentecostes Quat. Temporum.


ORÉMUS.


Mentibus nostris, quæsumus, Dómine, Spíritum Sanctum benígnus infúnde, cujus et sapiéntiâ cónditi sumus, et providéntiâ gubernámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.


IN FESTO SS. TRINITATIS.

Ad Aspersionem aquæ , et deinceps cantatur
Aspérges me, etc. pag. 5.

Ad Processionem. Responsorium 2 toni.









Gloria Patri.
2. *toni*, pag. 1.
Repet. * Et bene...


Aliud Resp. Duo Séraphim. *ut suprà in Dominicâ secundâ post Epiphaniam*, pag. 46.


Aliud Responsorium 7. toni.
















exaltatum


e- xal- ta- tum in se- cu-la.
* O. ℣. Glo- ri-a Pa- tri,
et Fi- li- o, et Spi- ri- tu-i
sanc- to * O.

Hymnus.


O Lux be-a- ta Tri- ni-tas, Et
princi- pa- lis u- nitas, Jam sol re-
ce- dit ig- ne-us, In-fun-de lu- men
cor- di-bus.

U

Te manè laudum cármine,
  Te deprecémur vésperè,
  Te nostra súpplex glória
  Per cuncta laudet sécula.

Summe Deus clementiæ,
  Mundíque factor máchinæ,
  Unus potentiáliter
  Trinúsque personáliter,

Da déxteram surgéntibus,
  Exúrgat ut mens sóbria
  Flagrans, et in laudem Dei
  Grates repéndat débitas.

Tu Trinitátis únitas,
  Orbem poténter qui regis,
  Atténde laudum cántica,
  Quæ exúltantes psállimus.

Ortus refúlget lúcifer,
  Sparsámque lucem núnciat;
  Cadit calígo nóctium,
  Lux sancta nos illúminet.

Deo Patri sit glória,
  Ejúsque soli Fílio,
  Cum Spíritu Parácleto,
  Et nunc, et in perpétuum.
    Amen.

Antiphona 4. toni.



℣. Benedicámus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

OREMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtiâ majestátis adoráre unitátem, quæsumus ut ejúsdem fídei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.


DE PROCESSIONE IN FESTO *SS. CORPORIS CHRISTI.*


Decenter ornentur Ecclesiæ, et parietes viarum per quas est transeundum, tapetibus et aulæis, et


sacris imaginibus ; non autem profanis aut vanis figuris , seu indignis ornamentis.

Sacerdos primùm Missam celebret , in quâ duas Hostias consecret , et sumptâ unâ , alteram in Tabernaculum seu ostensorium in Processione deferendum ita reponat , ut per vitrum , seu crystallum , quo ipsum Tabernaculum circumceptum esse debet , exteriùs adorantibus appareat , veloque operiatur , donec auferatur ab Altari. Peracto autem Sacrificio , et Processione jam inchoatâ , ordine quo suprà dictum est in Litaniis Majoribus , circumsistens Clerus flexis genibus cantare incipiat : O salutáris Hóstia. *et* Uni trinóque Dómino. *vel sequentem Antiphonam , et dùm ea cantatur , Sacerdos pluviali albo indutus ter incenset Sanctissimum Sacramentum super Altaris suppedaneum genuflexus.*

Antiphona , 4. toni.







Et Repetitur Antiphona.
Christum Regem.

Thurificato SS. Sacramento, Diaconus oblongum ac decens velum circumponit scapulas Sacerdoti, qui, parte veli ante pectus pendente, unâque manu coopertâ, Ostensorium seu Tabernaculum, à Diacono sibi porrectum, reverenter suscipit in supremo Altaris gradu; mox surgens ad Altare ascendit, et Sacramentum ante faciem tenens vertit se ad populum; indè descendit sub umbellam, comitantibus Ministris; et duo Acolythi vel Clerici cum funalibus, et alii duo cum thuribulis effumigantibus præcedunt.

Omnes de Choro procedunt nudo capite, accen-

sos cereos, sinistrâ scilicèt qui sunt ad sinistram, dexterâ verò qui sunt ad dexteram partem Chori, gestantes, et sequentem Hymnum cum Responsoriis alternatìm pro longitudine Processionis devotè concinentes.

Dùm igitùr Clerus processionaliter procedere incipit, cantatur Hymnus Pange lingua. *Ut suprà Feriâ quintâ in Cœnâ Domini.* pag. 97. *et subsequitur.*

Hymnus.



Noctis recólitur cœna novíssima,
Quâ Christus traditur agnum et ázyma
Dedísse frátribus, juxtà legítima
Priscis indúlta Pátribus.

Post agnum typicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,

Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.


Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit et trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.


Sic Sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commítti vóluit
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit
Ut sumant et dent céteris.

Panis Angélicus fit panis hóminum,
Dat panis cœlicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper, servus, et húmilis.

Te, trina Déitas unáque, póscimus,
Sic nos tu vísita, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos quó téndimus,
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

Responsorium 1. toni.




e- dent car- nes et a-
zy-mos Pa- nes. ℣. Pascha
nos-trum immola- tus est
Chris- tus : i- ta-que e- pu-
le- mur in a- zy-mis sin- ce-
ri- ta- tis et ve- ri- ta- tis.
* Et. ℣. Glori- a Pa- tri, et
Fi- li- o, et Spi-
ri- tu- i Sancto. * Et.

Hymnus.

Hymnus.



In mortem à Discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit Discípulis.

Quibus sub binâ spécie
Carnem dedit et sánguinem,
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.


Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.


O salutáris hóstia,


Quæ cœli pandis óstium ,
Rella premunt hostília ,
Da robur , fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória ;
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátriâ. Amen.

Responsorium 2. toni.









℣. Glória Patri. 2. *toni*, p. 1.
Repetitur. * Iste.

Hymnus.




Quæ te vicit cleméntia, *reliqua hujus Hymni*, *ut suprà*, pag. 143.


Responsorium 3. *toni.*




quis mandu-ca- ve-rit ex hoc pane,
vi- vet in æ- ternum. * Et
ambu-la- vit. ℣. Glo. ri-a
Pa- tri, et Fi- li- o, et Spi- ri-
tu-i sancto. * Et ambula-
vit.

Hymnus.


ÆTERNE Rex Al- tis- si-
me, Redemptor et fi- de- li- um,
Quo mors so-lu- ta de- pe-rit, Da-tur



tri-um-phus gra-ti-æ. 8. *toni.*

Scandens tribúnal déxteræ
Patris, potéstas ómnium
Colláta Jesu cœlitùs,
Quæ non erat humánitùs.

Ut trina rerum máchina,
Cœléstium, terréstrium,
Et infernórum cóndita
Flectat genu jam súbdita.

Tremunt vidéntes Angeli,
Versâ vice mortálium:
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.


Tu esto nostrum gáudium,
Manens olympo præmium,
Mundi regis qui fábricam,
Mundána vincens gáudia.

Hinc te precántes quæsumus,
Ignósce culpis ómnibus,
Et corda nostra súbleva
Ad te supérnâ grátiâ:

Ut, cùm repéntè cœperis
Claráre nube Júdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Aliud Responsorium 6. *toni.*





me- mor e- ro, et ta-



bes- cet in me a-



ni-ma me- a. * Hoc. ℣. Glo-



ri- a Pa- tri, et Fi- li-




o, et Spiri- tu-i sanc-



to. * Hoc.


Hymnus.




QUI-CUM- QUE Chris-tum quæ-ri- tis,



O-clos in al- tum tol- li- te : Il- lic



li- ce- bit vi- se-re Sig-num pe-ren-
nis



nis glo- ri- æ. 8. *toni.*

Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublíme, celsum, intérminum,
Antíquius cœlo et chao.

Hic ille Rex est géntium,
Poplíque Rex Judáïci,
Promíssus Abrahæ Patri,
Ejúsque in ævum sémini.

Hunc, et Prophétis téstibus,
Iísdem signatóribus,
Testátor et Pater jubet
Audíre nos et crédere.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Responsorium 3. *toni.*



Qui man- du- cat me- am car-



nem, et bi- bit me- um san-



Hymnus sub cantu præcedentis Hymni.


AMOR Jesu dulcíssime,
Quandò cor nostrum vísitas,
Pellis mentis calíginem,
Et nos reples dulcédine.

Quàm fœlix est quem sátias,
Consors patérnæ déxteræ,
Tu veræ lumen patriæ,
Quod omnem sensum súperat.


Splendor patérnæ glóriæ,
Incomprehénsa bónitas,
Amóris tui cópiam
Da nobis per præséntiam.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Aliud Responsorium 6. toni.









Hymnus. Te Deum, laudámus, *ut infrà, post Commune.*

Si longior sit Processio, et habeantur Altaria


per vias parata, Celebrans ad unam ex illis accedens, stans deponit SS. Sacramentum in manus Diaconi qui surgens illud collocat super Corporale in medio Altaris extensum, et factâ genuflexione, redit ad dexteram Sacerdotis, qui stans ponit thus in thuribulum sine benedictione, ministrante Diacono naviculam, et genuflexus SS. Sacramentum incensat triplici ductu. Interim Cantores intonant. ℣. Panis Angélicus *aut* O Salutáris Hóstia. *Cum ultimâ Strophe cujusque Hymni, aut unam ex sequentibus Antiphonis. Deindè duo Clerici subdunt* ℣. Panem de cœlo. *et Celebrans Orationem* Deus, qui nobis. *ut infrà* 177. *quâ peractâ, et sanctissimo Sacramento Celebranti tradito à Diacono, omnes procedunt Responsorium aut Hymnum cantantes.*


Ad Stationem, Antiphona.






Alia Antiphona ad Stationem si opus sit:





In Statione dici potest sequens Prosa.





Peractâ Processione et SS. Sacramento ad Ecclesiam reportato superque Altare deposito, omnes Ecclesiastici hic indè ordine genuflexi illud reverenter adorantes, dùm Sacerdos de more incensat, sequentem Hymni partem concinunt. Tantum ergo Sacraméntum. *cum* Genitóri. *ut sup.*, pag. 177. *posteà duo Clerici dicunt.*

℣. Panem de cœlo præstitísti eis, allelúia.

℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allel.

Deindè

Deindè celebrans stans dicit ℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui nobis, sub Sacramento mirábili, Passiónis tuæ memóriam reliquísti, tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Deindè Sacerdos ascendit ad Altare, et factâ genuflexione, dexterâ nodum accipit, sinistrâ verò pedem ostensorii, manibus oblongo velo velatis : tùm vertens se ad populum à sinistrâ ad dexteram, ut ad Dóminus vobíscum, *semèl tantùm benedicit populum, nihil dicens, in modum Crucis, facie Hostiæ ad eumdem versâ; et gyrum perficiens, Ostensorium collocat super Altare : tùm, factâ genuflexione, descendit ad secundum gradum, ubì geneflexus manet, deposito velo oblongo Subdiaconi ministerio.*

Tùm Diaconus statim ascendit ad Altare, ubì factâ genuflexione, reponit SS. Sacramentum, ubì maneat expositum, in eminenti loco, parato decentissimo ornatu et umbellâ, ut à populo colatur, factâque genuflexione, descendit ad dexteram Celebrantis, ubì genuflectit ; mox omnes surgunt, et, factâ genuflexione utroque genu in

plana, bireta recipiunt, quibus, extrà Presbyterium, caput operientes recedunt in Sacristiam.

DOMINICA INFRA OCTAVAM

Corporis Christi. Ad Stationem.

℟. Homo quidam. *ut suprà*, pag. 171.

℣. Panem cœli dedit eis, allelúia.

℟. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

ORÉMUS.


SANCTI nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, qui nunquàm tuâ gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DOMINICA III. POST PENTECOSTEN,

usque ad Dominicam I. Augusti.

Ad Processionem. Responsorium 1. *toni.*










Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Et liberávit.

Aliud Responsorium 3. *toni.*




a- re- næ ma- ris,
et multi-pli-ca- ta sunt
pecca- ta me- a: et non sum
dignus vi- de- re al- ti- tu-
dinem cœ- li, præ multi-tu- di-
ne i- niqui-ta- tis me- æ, quo-
ni-am ir- ri- ta- vi i-ram tu-
am. * Et ma- lum
co- ram te. fe- ei. ℣. Quo- ni am





Glória Patri. 3. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Et malum.


Aliud Rep. Duo Séraphim. *ut sup.* 46.

Hymnus. Lucis creátor. *ut suprà Dominicâ secundâ post Epiphaniam. p.* 49.

Antiphona.




me- o- rum ne de- de-ris
mi- hi, et de-si- de- ri- um ma-
lig- num a-verte à me,
Do- mi-ne : au-fer à
me concupis- cen- ti-
am. * Et a- ni-mo ir-re-ve- ren-ti
et in- fru-ni- to ne
tra- das me, Do-
mine. ℣. Ne de-relinquas me,



Do- mine, ne accrescant ig-no-ran- ti- æ



me- æ, nec multi-plicentur de- lic-



ta me- a. * Et a- ni-mo.

℣. Glória Patri. 5. *toni*, pag. 2.


Repetitur * Et ánimo.

Aliud Resp. Duo Seraphim. *ut suprà*, p. 46.

Hymnus. Lucis Creátor. *ut suprà*, p. 49.

In Dominicis Augusti.


Ant.



O M- NIS sa-pi-en- ti- a à Do-



mino De-o est, et eum il- lo



fu-it sem- per, et est an- te




æ-vum. 8. *toni.*

DOMINICA

DOMINICA I. ET II. SEPTEMBRIS.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.





sus sum de u- te-ro ma- tris me- æ,



et nudus re- vertar il-



lùc. * Do- mi-nus.

℣. Glória. 3. *toni*, p. 2. *Repetitur* * Dóminus.

Aliud Resp. Duo Séraphin, *ut sup.* p. 46.


Hymnus, Lucis creátor, *ut sup.* p. 49.

In Dominicis Septembris.


Ant.



D O- MI-NE, Rex om- ni- po-tens, in



di-ti- o-ne tu- â cuncta sunt po-si-ta,




et non est qui pos- sit tu-æ




re-sis-te-re vo-lun-ta- ti.

DOMINICA III. SEPTEMBRIS.

Ad Processionem, Responsorium. 1. *toni.*






e- jus. * Quia.

℣. Glória. 1. *toni*, pag. 1. *Repet.* * Quia.

Aliud Resp. Duo Séraphim. *ut suprà*, p. 46.
Hymnus. Lucis creátor. *ut sup.*, pag. 49.
Antiphona. Dómine, Rex. *ut sup.*, p. 186.

DOMINICA IV. SEPTEMBRIS.

Ad Processionem, Responsorium. 3. *toni.*




A DO- NA-ï, Domi-ne De-



us mag- ne et mi-




ra- bi-lis, qui de-dis- ti



sa- lu-tem in manu fe-



mi-næ, * Exau- di pre- ces ...



℣. Glória Patri. 8. *toni*, p. 3.
Repetitur * Exáudi.
Aliud Resp. Duo Séraphim, *ut suprà*, p. 46.
Hymnus, Lucis creátor, *ut sup.*, pag. 49.
Antiphona, Dómine, rex, *ut sup.*, p. 186.

DOMINICA V. SEPTEMBRIS.

Ad Stationem, Responsorium, 2. toni.






℣. Glória Patri, 2. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Líbera.
Aliud Resp. Duo Séraphim, *ut suprà*, p. 46.
Hymnus. Lucis creátor, *ut sup.*, p. 49.
Antiphona. Dómine, Rex, *ut sup.*, p. 186.

A DOMINICA I. OCTOBRIS


Usque ad Dominicam I. Novembris.

Ad Processionem, *Responsorium* 3. *t.*





bus ves- tris. * Conce- dat vo-




bis sa- lu- tem, et re-




di- mat vos à



ma- lis. ℣. E- xau- di- at Do-




minus o- ra- ti- o-nes ves-tras, et recon-ci-



li- e- tur vo- bis, nec vos de- se- rat



in tem- po-re ma- lo.




Glória Patri, etc. 3. *toni*, p. 1
Repetitur * Concédat.

* Con-ce- dat.

Aliud Resp. Duo Séraphim. *ut suprà*, p. 46.
Hymnus. Lucis creátor. *ut suprà* p. 49.


Ant.




A DOMINICA I. NOVEMBRIS

usque ad Adventum.

Ad Processionem, Responsorium 1. *toni.*







plena e- rat omnis ter- ra majes-



ta-te e- jus. * Et




e- a, quæ sub ip- so



e- rant, re- ple- bant



tem- plum. ℣. Se-ra-phim



stabant sù- per il- lud : sex a-



læ u- ni, et sex a- læ



al- te- ri. * Et.


℣. Glória Patri., etc. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Et.

Aliud Resp. Duo Séraphim. *ut suprà*, p. 46.

Hymnus. Lucis Creátor. *ut suprà*, p. 49.

Antiphona.



℣. Dóminus regnávit, decórem índuit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem et præcínxit se virtúte.

Qui dicitur in omnibus Dominicis post Pentecosten cum unâ ex sequentibus Orationibus.

ORATIONES IN DOMINICIS

Per ordinem dispositæ, à tertiâ Dominicâ post Pentecosten usque ad Adventum.

Dominicâ III. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. *ut suprà.* OREMUS.

PROTÉCTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum, multíplica super nos misericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Christum Dóminum, etc. ℟. Amen.

Dominicâ IV. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DA nobis, quæsumus, Dómine, ut et mundi cursus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur, et Ecclésia tua tranquíllâ devotióne lætétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ V. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DEUS, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti, infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut, te in omnibus et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ VI. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DEUS virtútum, cujus est totum quod est óptimum, ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum; ut, quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias. Per Christum. ℟. Amen.

Dominicâ VII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DEUS, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur, te súpplices exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen

Dominicâ VIII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

LARGÍRE nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius, et agéndi; ut, qui sine te esse non póssumus, secúndùm te vívere valeámus. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Dominicâ IX. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

PATEANT aures misericordiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium : et, ut petentibus desideráta

concédas, fac nos, quæ tibi sint plácita, postuláre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ X. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máximè et miserándo manifèstas, multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, cœléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XI. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, qui, abundántiâ pietátis tuæ, et mérita súpplicum excédis et vota, effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia méruit, et adjícias quod orátio non præsúmpsit. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

Omnípotens et mésericors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi á fidélibus tuis dignè et laudabíliter serviátur, tríbue, quæsumus, nobis, ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XIII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, et charitátis augméntum: et, ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XIV. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

CUSTÓDI, Dómine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiatióne perpétuâ: et, quia sine te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis et abstrahátur á nóxiis et ad salutária dirigátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XV. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

ECCLESIAM tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat: et, quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XVI post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

TUA nos, quæsumus, Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur, ac bonis opéribus júgiter

præstet esse inténtos. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XVII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DA, quæsumus, Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia, et te solum Deum purâ mente sectári. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Dominicâ XVIII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DIRIGAT corda nostra, quæsumus, Dómine, tuæ miseratiónis operátio; quia tibi sine te placére non possumus. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Dominicâ XIX. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde; ut, mente et córpore páriter expedíti, quæ tua sunt líberis méntibus exsequámur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Dominicâ XX. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

LARGÍRE, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam

indulgéntiam placátus et pacem; ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúrâ tibi mente desérviant. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Dominicâ XXI. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

FAMÍLIAM tuam, quæsumus, Dómine, contínuâ pietáte custódi; ut à cunctis adversitátibus, te protegénte, sit líbera, et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dominicâ XXII. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

DEUS refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

Dominicâ XXIII. post Pentecosten.

℣. Dominus regnávit. OREMUS.

ABSOLVE, quæsumus, Dómine, tuórum delícta populórum: et à peccatórum nostrórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tuâ benignitáte liberémur. Per Christum Dóminum. ℟. Amen.

Orationes verò Dominicarum quæ superesse possunt post Epiphaniam, quæque ponuntur post Pentecosten, habentur suprà in suis propriis locis, pag. 51.

Dominicâ XXIV. post Pentecosten.

℣. Dóminus regnávit. OREMUS.

EXCITA, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes; ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


PROPRIUM SANCTORUM.


FESTA NOVEMBRIS.


Die xxx Novembris.

DE SANCTO ANDREA APOSTOLO.

Ad Processionem. Responsorium 2. toni.










Glória Patri, etc. 2. *toni*, p. 1.
Repetitur * Suscipe.

Aliud Responsorium 8. *toni.*




di-nem de membris
Do- mini sus-ce-
pis ti, ac- ci- pe me ab
ho-mi- ni-bus, et red-
de me ma-gis- tro me-
o; * Ut per te me re-ci-
pi- at, qui per te
me re- de-
mit. ℣. Be- a- tus An-dre-as,












℣. Glória. 8. *toni*, p. 3.
Repetitur * Ut per te.


Hymnus. Exúltet. *ut infrà*, pag. iv.

Antiphona.









℣. Annuntiavérunt ópera Dei,

℟. Et facta ejus intellexérunt.

OREMUS.

MAJESTATEM tuam, Dómine, supplíciter exorámus; ut, sicut Eclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxtitit Prædicátor et rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Christum, etc.

℟. Amen.

FESTA DECEMBRIS.

DIE II. DECEMBRIS.

Sanctæ Bibianæ, virginis et martyris.

℟. Veni sponsa, etc. *de Communi Virginum,* pag. xxxiv.

OREMUS.

DEUS ómnium largítor bonórum, qui in fámulâ tuâ Bibiánâ cum virginitátis flore martyrii palmam conjunxísti, mentes nostras ejus intercessióne tibi charitáte conjúnge, ut, amótis perículis, præmia consequámur ætérna. Per Christum, etc.

℟. Amen.

DIE III. DECEMBRIS.

Sancti Francisci Xaverii, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

ORÉMUS.

Deus, qui Indiárum gentes beáti Francísci prædicatióne et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti, concéde propítius, ut, cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpla. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE VI. DECEMBRIS.

Sancti Nicolai, episcopi et confessoris.

℣. Amávit, etc., *de Communi.*, pag. xxvj.

ORÉMUS.

Deus, qui beátum Nicoláum, pontíficem innúmeris decorásti miráculis, tríbue, quæsumus, ut ejus méritis et précibus à gehénnæ incéndiis liberémur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE VII. DECEMBRIS.

S. Ambrosii, episc., confes. et Eccl. doct.

℟. In médio, etc., pag. xxxj.

Oratio. Deus, qui pópulo, pag. xxxiij.


DIE

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN FESTIS CONCEPTIONIS,

ET NATIVITATIS B. M. VIRIGINIS.

Ad Processionem, Responsorium 5 toni.





cunc- tas il- lus- trat



Ec- cle- si- as.



* Hodi- è CONCEP- TA est be- a- ta
NA- TA



vir- go Ma- ri- a ex proge- ni-



e Da- vid. * Cu-jus.

Glória Patri. I. *toni*, pag. I.

Repetitur. * Cujus.


Aliud Resp. Felix namque, etc. *in suprà, in Communi de Beatâ Mariâ*, p. lxiv.

Hymnus. Ave, maris. Quem terra, p. liij.


Ant



CUM jucundi-ta- te Con-cep-ti- o- nem be-
Na- ti- vi- ta- tem



a- tæ Ma-ri-æ ce-le- bremus, ut ip-sa



℣. Concéptio / Natívitas est hódiè sanctæ Maríæ Vírginis,

℟. Cujus vita ínclyta cunctas illústrat Ecclésias.

OREMUS.

FAMULIS tuis, quæsumus, Dómine, cœléstis grátiæ munus impertíre; ut, quibus beátæ Vírginis partus extitit salútis exórdium, Concéptiónis / Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XI. DECEMBRIS.

Sancti Damasi, Papæ et confessoris.

℟. Amávit, etc., *de Comm.*, pag. xxvj.


OREMUS.


EXAUDI, Dómine, preces nostras: et, interveniénte beáto Damáso, confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DIE XIII. DECEMBRIS.

SANCTÆ LUCIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

Ad Processionem, Responsorium 7. t.








℣. Glória. 7. *toni*, pag. 3. *Repetitur.* * Quia.

Aliud Respons. Veni sponsa, pag. xxxiv.
Hymnus. Jesu coróna, pag. xxvvj.

Ant.





sanc-tus, ut virgo Chris-ti im-mobi-lis



per-maneret. 7. *toni.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis;

℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

OREMUS.


EXAUDI nos, Deus salutáris noster, ut, sicut de beátæ Lúciæ Vírginis et Mártyris tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXI. DECEMBRIS.


SANCTI THOMÆ, APOSTOLI.

℟. Vidi conjúnctos, etc., *de Communi Apostolorum* pag. j., *præter Antiphonam et orationem quæ dicuntur infrà.*

Antiphona.



QUI- A vi-dis-ti me, Thoma, credi-dis- ti:



be-a- ti qui non vi-derunt, et cre-dide-runt.



al-le-lu-ia. 8. *toni.*

℣. In omnem terram exívit sonus eórum;

℟. Et in fines orbis terræ verba eórum.

ORÉMUS.

DA nobis, quæsumus, Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári; ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, et fidem cóngruâ devotióne sectémur. Per Christum, etc. ℟. Amen.

DIE XXIX. DECEMBRIS.

S. Thomæ Cantuariensis, Epis. et mart.

℟. Honéstum, *de Communi*, pag. x.

ORÉMUS.

DEUS, pro cujus Ecclésiâ gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit, præsta, quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effféctum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

S. Sylvestri, Papæ et confessoris.

℟. Sint lumbi, *de Communi Confessoris Pontificis*, pag. xxij.

Oratio. Da quæsumus, pag. xxx.

FESTA JANUARII.

DIE XIV. JANUARII.

S. Hilarii, Episcopi et confessoris.

℟. In médio, pag. xxxj. *cum Oratione* Deus, qui pópulo, pag. xxxiij.

DIE XV. JANUARII.

S. Pauli, primi heremitæ, confessoris.

℟. Sint lumbi, *de communi*, p. xxij.

Oratio. Deus qui nos beáti Pauli, *de communi.* pag. xxxiv.

DIE XVI. JANUARII.

S. Marcelli, Papæ et martyris.

℟. Honéstum, *de Communi*, p. x.

ORÉMUS.

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi, ut beáti Marcélli martyris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur, cujus passióne lætamur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XVII. JANUARII.

Sancti Antonii, Abbatis.

℟. Sint lumbi, *de Communi Conf.*, p. xvij.

Antiph. Similábo, p. xxxiij.


Oratio. Intercéssio nos, p. xxxiv.

DIE XVIII. JANUARII, et XXII. FEBRUARII.


IN UTRAQUE CATHEDRA S. PETRI,


Apostoli, quâ Romæ et Antiochiæ sedit.

Ad processionem, Responsorium 4. toni.




Dd







℣. Glória Patri. 4. *t.* , p. 2.
Repetitur * Pasce.

Aliud Responsorium 8. *toni.*







℣. Glória Patri., etc. 8. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Et ideò.



Glória Patri per imménsa sécula,
Sit tibi, Nate, decus et impérium,
Honor, potéstas, sanctóque Spirítui:
Sit Trinitáti salus indivídua
Per infiníta seculórum sécula. Amen.

Antiphona.





℣. Exáltent eum in Ecclésiâ plebis ;
℟. Et in cáthedrâ seniórum laudent eum.

ORÉMUS.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ligándi atque solvendi Pontifícium tradidísti ; concéde ut, intercessiónis ejus auxílio, á peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas in sécula seculórum.
℟. Amen.

DIE XX. JANUARII.

SS. Fabiani et Sebastiani, Martyrum.

℟. Viri sancti, etc., pag. xix.

OREMUS.

Infirmitatem nostram réspice, omnípotens Deus, et quia pondus própriæ actiónis gravat, beatórum

Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssió gloriósa nos prótegat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

DIE XXI. JANUARII.

S. AGNETIS, VIRG. ET MART.


Ad Processionem, Responsorium 2. toni.



O MNI- POTENS, a-do-rande, colen-




de, tre- men- de, be- ne-



di-co te: * Quia per Fí- li-




um tu- um U-ni-ge-




ni-tum e- va- si minas ho- mi-




num impi- o- rum, et spurci- ti-



as di-a- bo- li



impollu- to cal- le tran- si-




vi. * Te confi- te- or



la- bi- is, te cor- de, te to- tis



visce-ri-bus concu- pis- co.



Glória Patri, etc. 2. *toni*, p. 1.
Repetitur * Quia.

Aliud Responsorium 1. *toni.*



Mel et lac ex




e- jus o- re sus-



ce- pi. * Et sanguis e-




jus or-na- vit ge-nas




me- as. * Ostendit mihi the-



sau-ros in- com-pa- ra- bi-les : quos



mi- hi se da-tu-rum re- pro- mi-



sit. * Et sanguis.

℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Et sanguis.

Hymnus. Jesu coróna, pag. xxxvj.

Antiphona.




STANS be-a- ta A- gnes in me- di- o



flammæ, ex- pansis ma- nibus

orabat



℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis ;

℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

OREMUS.

Omnpíotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas, concéde propítius, ut, qui beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XXII. JANUARII.

De SS. Vincentio et Anastasio, Mart.

℟. Viri sancti, etc. pag. xix.

ORÉMUS.

ADÉSTO, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut, qui ex iniquitáte nostrâ reos nos esse cognóscimus, beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Christum. ℟. Amen.

DIE XXIV. JANUARII.

Saneti Timothei, Episcopi et Martyris.

℟. Honéstum. pag. x. *Orat.* Infirmitátem. p. xv.

DIE XXV. JANUARII.

IN CONVERSIONE S. PAULI, APOSTOLI.

Ad Processionem, Responsorium. 2. *toni.*





tor. * A De- o con- for-



ta- tus con- va-les



ce- bat, et con-funde- bat



Ju- dæ- os : ℣. Osten- dens



quia hic est Chris- tus Fi-



li- us De- i. * A De- o.

Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * A Deo.


Aliud Responsorium 6. toni.



G RA- TI- A De- i sum id




quod sum. * Et gra- ti- a



e- jus in me va- cu-




a non fu- it; sed




sem- per in me ma- net.



℣. Qui o- pe-ra- tus est



Pe- tro in A- pos-to- la- tum,



o- pe-ra-tus est et mi-hi in- ter




gen- tes. * Et gra-ti-a.


℣. Glória Patri. 6 *toni*, pag. 3.

Repetitur * Et gratia.


Hym




DOC- TOR e- gre- gi- e, Pau- le, mo-res



ins-tru-e; Et mente po-lum nos trans-



fer- re sa- ta-ge: Do-nec perfec-tum lar-



gi- a- tur ple- ni- us, E- va- cu-a- to



quod ex par- te ge- ri- mus.

Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, cui manet impérium,
Ex tunc, et modò, per ætérna sécula.
Amen.


Ant.



SANCTE Pau-le, A- pos- to- le, Præ-



di-ca- tor ve- ri- ta- tis et Doctor gen-



ti-um, inter-ce-de pro nobis ad De-um



qui te e- le-git.

℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole,
℟. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

ORÉMUS.

Deus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti, da nobis, quæsumus, ut, qui ejus hódiè Conversiónem cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Christum.
℟. Amen.

DIE XXVI. JANUARII.

S. Polycarpi, Episcopi et confessoris.

℟. Honéstum fecit, etc., pag. x.

Oratio. Deus, qui nos, etc., pag. xv.

DIE XXVII. JANUARII.

S. Joannis Chrysost., Episcopi et confessoris.

℟. In médio, etc., pag. xx[illegible].

ORÉMUS.


Ecclésiam tuam, quæsumus, Dómine, grátia cœléstis amplíficet, quam beáti Joannis Chrysóstomi confessóris tui atque Pontíficis illustráre vo-

luísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Christum Dóminum nostrum, etc. ℟. Amen.

DIE XXVIII. JANUARII.

Sanctæ Agnetis, secundò.

℟. Omnípotens, etc., *ut suprà*, pag. 222.



1. *toni.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis;
℟. Proptéreà benedixit te Deus in ætérnum.


OREMUS.

Deus, qui nos ánnuâ beátæ Agnetis vírginis et mártyris tuæ solemnitáte lætíficas, da, quæsumus, ut quam venerámur offício, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXVIII. JANUARII.

IN FESTO SOLEMNIT. DOMINI JESU.

Ad Processionem, Responsorium, 4. toni.



et







℣. Glória Patri. 4. *toni*, p. 2.


Repetitur. * Qui habet.

Hymnus. Jesu nostra, *ut suprà*, pag. 142.

Antiphona, 5. *toni.*







℣. Unigénitus, qui est in sinu Patris,

℟. Ipse enarrávit nobis.

O R É M U S.

Deus, qui unigénitum tuum, apud te ab ætérno Deum, pro nobis in ætérnum hóminem esse vo-

luisti, fac nos, quæsumus, hanc ineffábilem et diviníssimam vitam Verbi in humanitáte, et humanitátis in Verbo vitæ júgiter celebráre; ut ejus spíritu animémur in terris, et ejus aspéctu perfruámur in cœlis, qui nostra vita est et glória, et tecum vivit et regnat in seculórum sécula.

℟. Amen.

DIE XXIX. JANUARII.

S. Francisci Salesii, confess., Pontif.

℟. Amávit, etc., pag. xxvj.

OREMUS.

Deus, qui ad animárum salútem beátum Francíscum, confessórem tuum atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti, concéde propítius, ut charitátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, ætérna gáudia consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXX. JANUARII.

S. Martinæ, virginis et martyris.

℟. Veni sponsa, etc., pag. xxxiv.

Oratio. Deus, qui inter cætera, p. xxxvij.

DIE XXXI. JANUARII.

S. Petri Nolasci, confess. non Pontif.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

ORÉMUS.

Deus, qui, in tuæ charitátis exémplum ac fidélium redemptiónem, sanctum Petrum Noláscum Ecclésiam tuam novâ prole fœcundáre divínitùs docuísti, ipsíus nobis intercessióne concéde à peccáti servitúte solútis, in cœlésti pátriâ perpetuâ libertáte gaudére. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

FESTA FEBRUARII.

DIE I. FEBRUARII.

Sancti Ignatii, Episcopi et martyris.

℟. Honestum, etc., pag. x.

Oratio. Infirmitátem, pag. xv.

DIE II. FEBRUARII.

IN DIE PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ SEMPER VIRGINIS.

Completâ benedictione et distributione candelarum, prout in Missali recognito et Graduali

Romano habetur, fit processio, et primò Celebrans, incenso in thuribulum imposito, et more solitò benedicto, recipit Cereum de manu Diaconi, qui retrò Celebrantem, suum in dexterâ tenens, vertit se ad populum, et dicit :



Et Chorus respondet.

Pro-ce-damus in pa-ce.




in nomine Christi. A men.

Tùm præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante; deindè Subdiaconus paratus, deferens crucem, medius inter duos Acolytos cum candelabris et candelis accensis : sequitur Clerus per ordinem, ultimò Celebrans cum Diacono à sinistris, omnes candelas accensas, sinistrâ videlicet qui sunt ad sinistram, dexterâ verò qui sunt ad dexteram partem Chori, deferentes : et cantantur antiphonæ sequentes.


5. *t.*




A- D- OR- NA Tha- lamum tu-um, Si-





on, et sus- ci-pe re- gem Chris-


tum : amplecte- re Ma-ri- am ,
quæ est cœ-les- tis por- ta : ip- sa
e- nim por- tat re- gem glo ri- æ ,
no-vi lu- mi-nis : sub- sis-tit vir-
go , addu-cens in ma- ni-bus fi- li- um ,
an- te lu-ci ferum ge- ni-tum ,
quem ac-ci- pi-ens Si-me-on in ulnas
su- as , præ-di- ca- vit po- pu-
lis Do- minum e- um es-



Antiphona 6. toni.




in ul- nas su- as,
et be-ne-di- xit De- um,
et di- xit : Nunc
di-mit- tis ser-vum tu-um, Domi-
ne, in pa- ce : ℣. Cùm
in-du- ce-rent pu- e-rum
Jesum parentes e- jus, et fa-cerent
secundùm consu-e- tu- di-nem le- gis
pro e- o, ip-se ac-cepit e- um



in ul- nas su- as.

Ingrediendo Ecclesiam, cantatur Responsorium 2. toni.



OBTU-LE-RUNT pro e- o Do-



mino par tur- tu-




rum, aut du- os pul- los




co- lum- ba- rum: * Si-cut



scrip- tum est in



le- ge Do- mini. ℣. Postquàm




au- tem imple- ti sunt di- es pur-gationis




ga-ti-o- nis Mari- æ se-cun-dùm le-



gem Mo- y- si, tu- le- runt Jesum



in Je-ru- salem, ut sis-terent e-



um Do- mi-no. * Sicut.

℣. Glória Patri., etc. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Sicut.

℣. Respónsum accépit Símeon à Spíritu sancto,

℟. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

OREMUS.


Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus, ut, sicut Unigénitus Fílius tuus hodiérnâ die, cum nostræ carnis substántiâ, in templo est præsentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem. ℟. Amen.


Finitâ Processione, Celebrans et Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missâ: Et Candelæ tenentur præ manibus accensæ, dùm legitur Evangelium, et iterùm ad elevationem SS. Sacramenti usque ad Communionem.

DIE V. FEBRUARII.

Sanctæ Agathæ, Virginis et Martyris.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.








Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Et quasi.

Aliud Responsorium 1. *toni.*







℣. Glória. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Jube me.

Hymnus. Jesu coróna *infrà*, p. xxxvj.

Antiphona.


STANS be-a- ta A- ga-tha in
medi-o car- ce- ris, ex- pan-sis ma-
ni-bus, o- ra- bat ad Dominum.
Domine Je- su Christe, ma- gis- ter
bo-ne, grati- as ti- bi a- go, qui
me fe-cis- ti vin- ce- re tormen-ta
carni- fi-cum : Ju-be me, Do-
mine, ad tu-am immar-ces-si-bi-lem
glo- ri-am fe- li- ci- ter per- ve-ni- re. 1 *t.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Oratio. Deus, qui inter cætera, p. xlv.

DIE VI. FEBRUARII.

Sancti Romualdi, Abbatis.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

Oratio. Intercéssio, etc., pag. xxxiv.

DIE XXII. FEBRUARII.

In Cathedrâ S. Petri Antiochiæ, omnia ut suprà in Cathedrâ Romanâ, 217.

Die xxv. *Feb.*, *vel* xxiv. *anno Bissex.*

Sancti Mathiæ, Apostoli.

℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

ORÉMUS.

Deus, qui beátum Mathíam Apostolórum tuórum collégio sociásti, tríbue, quæsumus, ut ejus intercessióne tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Christum. ℟. Amen.

FESTA MARTII.

DIE IV. MARTII.

Sancti Casimir, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

OREMUS.

Deus, qui, inter regáles delícias et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti, quæsumus, ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, et ad cœléstia semper aspírent. Per Christum Dóminum, etc. ℟. Amen.

DIE VII. MARTII.

S. Thomæ de Aquino, confessoris.

℟. In médio, pag. xxxj.

OREMUS.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ confessóris tui mirà eruditióne clarificas, et sanctâ operatióne fœcúndas; da nobis, quæsumus, et quæ docuit intelléctu conspícere, et quæ egit imitatióne complére. Per Christum, etc. ℟. Amen.

DIE IX. MARTII.

Sanctæ Franciscæ, viduæ.

℟. Os suum, pag. xlj.

OREMUS.

Deus, qui beátam Francíscam Fámulam tuam, inter cætera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti, concéde, quæsumus, ut intercessiónis ejus auxílio Angelorum consórtium

cónsequi mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE X. MARTII.

Sanctorum Quadraginta Martyrum.

℟. Viri sancti, etc., pag. xix.

OREMUS.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui gloriósos Mártyres, fortes in suâ confessióne cognóvimus, pios apud te in nostrâ intercessióne sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

DIE XII. MARTII.

S. Gregorii, Papæ, confes. et Eccl. doct.

℣. In médio, etc., pag. xxxj.

ORÉMUS.

DEUS, qui ánimæ fámuli tui Gregórii æternæ beatitúdinis præmia contulísti, concéde propítius, ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE

DIE XIX. MARTII.

Sancti Joseph, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

ORÉMUS.

SANCTÍSSIMÆ Genitrícis tuæ spónsi, quæsumus, Dómine, méritis adjuvémur; ut, quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis et regnas in sécula seculórum.

℟. Amen.


DIE XX. MARTII.

Sancti Joachim, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

Hymnus. Iste Confessor., pag. xxviij.

Antiphona I. *toni.*





℣. Potens in terrâ erit semen ejus;

℟. Generátio rectórum benedicétur.

OREMUS.

Deus, qui, præ ómnibus Sanctis tuis, beátum Jóachim genitrícis fílii tui patrem esse voluísti, concéde, quæsumus, ut, cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuò patrocínia sentiámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXI. MARTII.

Sancti Benedicti, Abbatis.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

Hymnus. Iste Conféssor, pag. xxviij.


Antiphona. Similábo, pag. xxxiij.


Oratio. Intercéssio nos, pag. xxxiv.

DIE XXV. MARTII.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Ad Processionem, Responsorium. 2. *toni.*





℣. Glória Patri. 6. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Dùm.

Aliud Resp. Missus est, *ut suprà*, pag. 11, *vel* Ave, María, *ut infrà*, pag. lj.

Hymnus. Ave, maris, pag. liij.

℣. Ave, María, grátiâ plena;

℟. Dóminus tecum.

OREMUS.

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere

voluísti, præsta supplícibus tuis, ut, qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem, etc.

℟. Amen.

FESTA APRILIS.

DIE II. APRILIS.

S. Francisci de Paulâ, confessoris.

℟. Sint lumbi, *ut infrà*, pag. xxvij.

OREMUS.

Deus, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum confessórem sanctórum tuórum glóriâ sublimásti, tríbue, quæsumus, ut, ejus méritis et imitatióne, promíssa humílibus præmia felíciter consequámur. Per Christum, etc. ℟. Amen.

DIE XI. APRILIS.

S. Leonis, Papæ et confessoris.

℟. In médio, etc., pag. xxxj.

Oratio. Exáudi, quæsumus, pag. xxx.

DIE XIII. APRILIS.

Sancti Hermenegildi, martyris.

℟. In servis suis, etc., pag. xvj.

ORÉMUS.

Deus, qui beátum Hermenegíldum, mártyrem tuum, cœléſti regno terrénum postpónere docuíſti, da, quæsumus, nobis ejus exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXII. APRILIS.

SS. Soteris et Caii, martyrum.

℟ In servis suis, etc., pag. xvj.

Oratio. Beatórum martyrum, p. xxv.

DIE XXIII. APRILIS.

Sancti Georgii, martyris.

℟ In servis, etc., pag. xvj.

ORÉMUS.

Deus, qui nos beáti Geórgii martyris tui méritis et intercessióne lætíficas, concéde propítius, ut, qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum. ℟. Amen.

DIE XXV. APRILIS.

Sancti Marci, Evangelistæ.

℟. Virtúte magnâ, etc., pag. vj.

OREMUS.

Deus, qui beátum Marcum, Evangelístam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátiâ sublimásti, tríbue, quæsumus, ejus nos semper et eruditióne profícere, et oratióne deféndi. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

In process. Litan. Major. ut sup., pag. 128.

DIE XXVI. APRILIS.

SS. Cleti et Marcellini, martyrum.

℟. In servis, pag. xvj. *Oratio.* Beatórum, xxv.

DIE XXIX. APRILIS.

Sancti Petri, martyris.

℟. In servis, pag. xvj.

ORÉMUS.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti Petri mártyris tui fidem cóngruâ devotióne sectémur, qui, pro ejusdem fidei dilatatióne, martyrii palmam méruit obtinére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXX. APRILIS.

Sanctæ Catharinæ Senensis, virg.

℟. Veni, elécta., pag. xl.

OREMUS.

DA, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui B. Catharínæ Vírginis tuæ natalítia cólimus, et ánnuá solemnitáte lætémur, et tantæ virtútis proficiamus exémplo. Per Christum, etc. ℟. Amen.

FESTA MAII.

DIE PRIMA MAII.

Sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi.

℟. Virtúte, etc., pag. vj.

OREMUS.

DEUS, qui nos ánnuá Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte lætíficas, præsta, quæsumus, ut, quorum gaudémus méritis, instruámur exémplis. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE II. MAII.

S. Athanasi, Episc. et confessoris.

℟. In médio, etc., *infrà*, pag. xxxj.


Oratio. Exáudi, quæsumus, pag. xxx.


DIE

DIE III. MAII.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS.

Ad Processionem, Responsorium, 7. toni.






le- lu- ia. ℣. Super om-



ni- a lig- na ce- dro- rum



tu so- la ex- cel- si- or.



* Dul-ce.


℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Dulce.

Aliud Responsorium, 1. *toni.*




Nos au- tem glo-ri- a- ri




o- por- tet in Cru-ce Do-



mi-ni nos- tri Je- su Chris- ti,



in quo est sa- lus, vi- ta



℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur, * Per.

Hymnus.



Quo vulnerátus ínsuper,
  Mucróne diro lánceæ,
  Ut nos laváret crímine,
  Manávit undâ et sanguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
  David fidéli cármine,
  Dicens: In natiónibus
  Regnávit à ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
  Ornáta Regis púrpurâ,
  Elécta digno stípite
  Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
  Secli pepéndit prétium:
  Statéra facta córporis;
  Prædámque tulit tártari.

In festo Inventionis S. Crucis.


O Crux, ave, spes única,
In hoc Pascháli gáudio,
Auge piis justítiam,
Reísque dona véniam.

In festo Exaltationis S. Crucis.

O Crux, ave, spes única,
In hâc triúmphi glóriâ,
Auge piis justítiam,
Reísque dona veniam.

Te, summa Deus Trínitas,
Colláudet omnis spíritus.
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sécula. Amen.

Antiphona.





℣. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi. *Tempore Paschali*, allelúia.

℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. *Tempore Paschali*, allelúia.

OREMUS.

DEUS, qui, in præclárâ salutíferæ Crucis Inventióne, passiónis tuæ mirácula suscitásti, concéde ut, vitális ligni prétio, ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis et regnas in sécula seculórum.

℟. Amen.

DIE VI. MAII.

S. Joannis ante portam Latinam.

℟. Virtúte magnâ, etc., *ut infrà*, pag. vj.

Hymnus. Tristes, pag. viij.

OREMUS.

DEUS, qui cónspicis quia nos undíque mala nostra pertúrbant, præsta, quæsumus, ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelístæ intercéssio glo-

riósa nos prótegat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE VII. MAII.

S. Stanislai, Episcopi et martyris.

℟. In servis suis, etc., *ut infrà*, pag. xvj.


OREMUS.

DEUS, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit; præsta, quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem conséquantur efféctum. Per Christum Dóminum nostrum, etc. ℟. Amen.

DIE VIII MAII.


IN APPARITIONE S. MICHAELIS, ARCHANGELI.

Ad Processionem, Responsorium 8. toni.






in au- xi- li- um pro a-




ni-ma- bus jus-



tis. *Temp. Pasch.* al- le- lu-



ia. ℣. Ste- tit An- ge-lus



juxta a- ram tem- pli, ha-bens thu-




ri- bulum au- reum in ma-




nu su- â. * Ste- tit.

℣. Glória Patri. 6 *toni*, pag. 3.
Repetitur * Stetit.


Aliud Responsorium 8. *toni.*



Hic est Mi- chael Archan- ge- lus,


lus ; princeps mi-li- ti æ
An- ge- lo- rum.
* Cu- jus ho- nor præs- tat
be-ne- fi- ci- a po- pu-lo-
rum, et o- ra- ti- o perdu- cit
ad reg- na cœ-
lo- rum. *Temp. Pasch.* al-
le- lu- ia. ℣. Ar- change-lus
Mi-cha-el, præpo-si-tus pa-


Kk



ra- di- si, quem ho- no-ri- fi-cant



Ange- lo- rum ci-




ves. Cu- jus.

℣. Glória Patri. 8 *toni*, p. 3.

Repetitur. * Cujus.

Hymnus.



TI- BI, Christe, splendor Patris, Vita,




vir-tus córdi-um, In conspectu An-



ge-lo- rum, Votis, voce psal-limus,



Alternantes concrepan-do, Melos damus



vo- ci-bus.

Collaudémus venerántes
Omnes cœli mílites :
Sed præcípuè primátem
Cœléstis exércitûs,
Michaélem in virtúte
Conteréntem Zábulum.

Quo custóde, procùl pelle,
Rex Christe piíssime,
Omne nefas inimíci ;
Mundo corde et córpore,
Paradíso redde tuo
Nos solà cleméntià.

Glóriam Patri melódis
Personémus vócibus,
Glóriam Christo canámus,
Glóriam Parácleto,
Qui trinus et unus Deus
Extat ante sécula. Amen.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus. *Tempore Paschali.* allelúia.

℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. *Tempore Pasch.* allelúia.

OREMUS.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas, concéde propítius, ut, à quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terrâ vita nostra muniátur. Per Christum, etc. ℟. Amen.

DIE IX. MAII.

S. Gregorii Nazianz. Episc. et confess.

℟. In médio, etc. pag. xxxj.

Oratio. Deus, qui pópulo. pag. xxxiij.

DIE XII. MAII.

SS. Nerei, et Sociorum, martyrum.

℟. In servis, etc. pag. xvj. *Extrà Temp. Pasch.*

℟. Viri sancti, etc. pag. xix.

OREMUS.

SEMPER nos, Dómine, mártyrum tuórum Neréi, Archíllei, Domitíllæ, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas, et tuo dignos reddat obséquio. Per Christum Dóminum, etc.

DIE XVIII. MAII.

S. Venantii Martyris. In servis, pag. xvj. *Extrà Temp. Pasch.* ℟. Honéstum. p. x.

ORÉMUS.

DEUS, qui hunc diem beáti Venántii, mártyris tui, triúmpho consecrásti, exáudi preces pópuli tui, et præsta, ut, qui ejus mérita venerámur, fídei constántiam imitémur. Per Christum, etc.

DIE XIX. MAII.

S. Petri Cœlestini, Papæ et confessoris.

℟. Amávit, etc., pag. xxvj.

ORÉMUS.

DEUS, qui beátum Petrum Cœlestínum ad summi Pontificátûs ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti, concéde propítius, ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, et ad promíssa humílibus præmia perveníre felíciter mereámur. Per Christum Dóminum, etc.

DIE XX. MAII.

Sancti Bernardini, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc. pag. xxvij.

ORÉMUS.

DOMINE Deus, qui beáto Bernardíno, confessóri tuo, exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti, ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, Spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde, Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

DIE XXVI. MAII.

Sancti Philippi Nerei, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc , pag. xxvij.

OREMUS.

Deus, qui beátum Philíppum, confessórem tuum, Sanctórum tuórum glóriâ sublimásti, concéde propítius, ut, cujus solemnitáte lætamur, ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FESTA JUNII.

DIE VI. JUNII.

Sancti Norberti, Episcopi et confessoris.

℟. Amávit, etc., pag. xxvj.

OREMUS.

Deus, qui beátum Norbértum, confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui Præcónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam novâ prole fœcundásti, præsta, quæsumus, ut, ejusdem suffragántibus méritis, quod ore simùl et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XI. JUNII.

Sancti Barnabæ, apostoli, Tempore Paschali.
℟. Virtúte, etc., pag. vj. *Extrà Temp. Pasch.*
℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

ORÉMUS.

Deus, qui nos beáti Bárnabæ apóstoli tui méritis et intercessióne lætíficas, concéde propítius, ut, qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Christum, etc.

DIE XIII. JUNII.

Sancti Antonii de Paduâ, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

ORÉMUS.

Ecclésiam tuam, Deus, beáti Antónii, confessóris tui, solémnitas votíva lætíficet; ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Christum Dóminum, etc.

DIE XIV. JUNII.


S. Basilii magni, Episc. et confessoris.


℟. In médio. p. xxxj. *Oratio.* Exáudi quæsumus. pag. xxx.


DIE XXIV. JUNII.

IN NATIVIT. S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Ad Processionem, Responsorium. 7. *toni.*









℣. Glória. 7. *toni*, pag. 3.
Repetitur. * Qui viam.

Aliud Responsorium 5. toni.





℣. Glória Patri. 5. *toni*, pag. 2.

Repetitur. * Et multi.

Hymnus.





tum, Sancte Jo-an-nes.

Núntius, celso véniens olympo,
Te Patri magnum fore nascitúrum,
Nomen et vitæ sériem gerendæ
Ordine promit.

Ille, promíssi dúbius supérni,
Pérdidit promptæ módulos loquélæ;
Sed reformásti génitus perémptæ
Organa vocis.

Ventris obstrúso récubans cubíli,
Sénseras Regem thálamo manéntem:
Hinc parens Nati méritis utérque
Abdita pandit.

Antra desérti, téneris sub annis,
Cívium turmas fúgiens, petísti,
Ne levi saltèm maculáre vitam
Flámine posses.

Præbuit hirtum tégumen camélus
Artubus sacris, stróphium bidéntes,
Cui latex haustum, sociáta pastum
Mella locústis.

Cæteri tantùm cecinére Vatum
Corde præsago jubar affutúrum:
Tu quidem mundi scelus auferéntem
Indice prodis.

Non fuit, vasti spátium per orbis,
Sánctior quisquam génitus Joánne,
Qui nefas secli méruit lavántem
Tingere lymphis.

O NIMIS felix, meritíque celsi,
Nésciens labem nívei pudóris,
Præpotens Martyr, eremíque cultor,
Máxime Vatum!


Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam,
Trina, centéno cumuláta fructu,
Te, sacer, ornant.

Nunc potens nostri, méritis opímis,
Péctoris duros lápides repélle,
Asperum planans iter, et refléxos
Dírige calles:


Ut pius mundi sator et redémptor,
Méntibus pulsâ livióne puris,
Ritè dignétur véniens sacrátos
Pónere gressus.

Glória Patri, genitæque proli,
Et tibi, compar utriúsque semper,
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore secli. Amen.

Ant.




PUER, qui natus est no- bis,



plùs quàm Prophe-ta est : hic est e-



nim de quo Sal-va- tor a- it : In-ter



na-tos muli- e-rum non surre-xit ma- jor



Jo-an- ne Bap-tis-ta. 7. *toni.*

℣. Iste puer magnus coram Dómino ;

℟. Nam et manus ejus cum ipso est.


OREMUS.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Nativitáte fecísti, da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum, et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DIE XXVI. JUNII.

SS. Joannis et Pauli, Martyrum.

Ad Processionem, Responsorium 7. toni.



I s- TI sunt du- o vi- ri



℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Dominatórem.

Aliud ℟. Hæc est vera fratérnitas, etc., pag. xxj.

Hymn. Sanctórum méritis, etc., pag. xxiij.

℣. Exultábunt sancti in glóriâ.

℟. Lætábuntur in cubílibus suis.

OREMUS.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joannis et Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides et pássio verè fecit esse germános. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXVIII. JUNII.

Sancti Leonis, Papæ et confessoris.

℟. Amávit, etc., pag. xxvj.

ORÉMUS.

Deus, qui beátum Leónem Pontíficem sanctórum tuórum méritis coæquasti, concéde propítius, ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Christum, etc.

DIE XXIX. JUNII.

IN FESTO SS. PETRI ET PAULI, APOST.

Ad Processionem.

Rep. Tu es Pator, etc., *ut sup.*, p. 218.

Aliud Resp. Petre, amas me. *ut sup.*, p. 217.

Hymnus.




Jánitor cœli, Doctor orbis páriter,
Jùdices secli, vera mundi lúmina:
Ense triúmphans alter, alter per Crucem,
Vitæ senátum laureáti póssident.

O felix Roma, quæ tantórum príncipum
Es purpuráta pretióso sánguine,
Non laude tuâ, sed ipsórum méritis
Excéllis omnem mundi pulchritúdinem.

Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potestas, atque jubilátio,
In unitáte, cui manet impérium,
Ex tunc, et modò, per ætérna sécula. Amen.

Antiphona

Antiphona 6. toni.



℣. Annuntiavérunt ópera Dei,

℟. Et facta intellexérunt.

OREMUS.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti, da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXX. JUNII.

In Commemorat. S. Pauli, Apostoli, omnia ut suprà in festo Conversionis ejusdem, pag. 226. *Oratione exceptâ.*

OREMUS.

Deus, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apostóli prædicatióne docuísti, da, quæsumus, ut, cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

FESTA JULII.

DIE PRIMA JULII.


In Octavâ Nativit. S. Joannis Baptistæ, omnia ut suprà in die festi, pag. 272.

DIE II. JULII.

IN FESTO VISITATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Ad Processionem, Responsorium 6. *toni.*





℣. Glória Patri. 6. *toni*, pag. 3.
Repetitur. * Magníficat.

Aliud Resp. Felix namque, *ut infrà*, pag. lxiv.
Hymnus. Ave maris, *vel.* Quem terra, p. liv.

Antiphona.



℣. Benedícta tu in muliéribus,

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

OREMUS.

FAMULIS tuis, quæsumus, Dómine, cœléstis grátiæ munus impertíre; ut, quibus beátæ Vírginis partus éxtitit salútis exórdium, Visitatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE IV. JULII.

Sanctæ Elizabeth, viduæ.

℟. Os suum, pag. xlj.

OREMUS.


Clementíssime Deus, qui beátam Elizabeth regínam, inter céteras egrégias dotes, bellici furóris sedándi prærogatívâ decorásti, da nobis ejus intercessióne, post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad ætérna gáudia perveníre. Per Christum Dóminum nostrum, etc. ℟. Amen.

DIE VI. JUNII.

IN OCTAVA SS. APOSTOLORUM.

Ad Processionem. ℟. Vidi conjúnctos, etc. *de communi Apostolorum*, pag. j.

Antiphona, 8. *toni.*



℣. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine.

OREMUS.

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit, et coapóstolum ejus Paulum, tértiò naufragántem, de profúndo pélagi liberávit, exáudi nos propítius, et concéde, ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas Deus in sécula seculórum. ℟. Amen.

DIE X. JULII.

SS. septem Fratrum et sociorum, mart.

℟. Hæc est vera fratérnitas, *ut infrà*, pag. xxj.

Oratio. Præsta, quæsumus, etc, *ut suprà in festo SS. quadraginta Martyrum*, pag. 248.

DIE XIII. JULII.

Sancti Anacleti, Papæ et martyris.

℟. Honestum, pag. x.

Oratio. Deus, qui nos beáti, pag. xv.

DIE XIV. JULII.

S. Bonaventuræ, Episc., conf. et doct.

℟. In médio, etc., pag. xxxj.

Oratio. Deus, qui pópulo, etc., pag. xxxiij.

DIE XV. JULII.

S. Henrici, confessoris non Pontificis.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.


ORÉMUS.

OMNÍPOTENS et misericors Deus, qui à glóriâ tuâ nullam conditiónem exclúdis, te súpplices exorámus, ut, sicut beáto Henríco confessóri tuo, post terréni culmen impérii, cœlestis regni sólium contulísti, ita, méritis ejus et précibus, nobis quoque fámulis tuis ætérnæ felicitátis præmia largiáris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXII. JULII.

SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ.

Ad Processionem, Responsorium 3. *toni.*




CON- GRA- TU-LA- MI-NI mi-hi, om-



nes qui di-li- gi-tis



Do- minum, qui- a quem


quære- bam appa-ru- it mi-
hi. * Et dùm fle- rem ad mo- nu-
men-tum, vi-di Do- minum
me- um, al- le-
lu- ia. * Rece-den- ti- bus
Disci- pu-lis, non re-ce- de- bam; et,
a- moris e- jus ig- ne suc-cen- sa, ar-de-
bam de- si- de- ri- o.
* Et dùm.

℣. Glória

℣. Glória Patri. 3 *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Et dùm.

Aliud Resp. Regnum mundi, pag. xlij.

Hymnus.



Amóre currit sáucia,
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, et ore lámbere.

Adstáre non timet cruci;
Sepúlchro inhæret ánxia,
Truces nec horret mílites:
Pellit timórem cháritas.

O vera, Christe, cháritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátiâ,
Tu redde cœli præmia.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spiritu Parácleto,
Et nunc et in perpétuum. Amen.

Antiphona.



℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam;
℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

OREMUS.

Beatæ Mariæ Magdalénæ, quæsumus, Dómine, suffrágiis adjuvémur, cujus précibus exorátus, quatriduánum fratrem Lázarum vivum ab ínferis resuscitásti, Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

DIE XXIII. JULII.

S. Apollinaris, Episcopi et martyris.

℟. Honéstum, pag. x.

ORÉMUS.

DEUS, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martyrio consecrásti, tribue nobis, quæsumus, fámulis tuis, ut, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXV. JULII.

Sancti Jacobi, Apostoli.

℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

ORÉMUS.

ESTO, Dómine, plebi tuæ sanctificátor et custos; ut, Apóstoli tui Jacóbi muníta præsídiis, et conversatióne tibi pláceat, et secúrâ mente desérviat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXVI. JULII.

Sanctæ Annæ, Matris B. Mariæ Virginis.

℟. Os suum, etc., pag. xlj.

OREMUS.

Deus, qui beátæ Annæ grátiam conférre dignátus es, ut genitrícis Unigéniti Fílii tui mater éffici mererétur, concéde propítius, ut, cujus solémnia celebrámus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

DIE XXVIII. JULII.

SS. Nazarii et Sociorum, martyrum.

℟. Viri sancti, etc., pag. xix.

ORÉMUS.

Sanctórum tuórum nos, Dómine, Nazárii Celsi, Victóris, et Innocéntii conféssio beáta commúniat, et fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXIX. JULII.

S. Marthæ, virg. ℟. Veni elécta, etc., p. xxxix.

Oratio. Exáudi nos, etc., p. xlj.

DIE XXXI. JULII.

Sancti Ignatii, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

OREMUS.

DEUS, qui, ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti, concéde ut, ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlís. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FESTA AUGUSTI.


DIE PRIMA AUGUSTI.

IN FESTO S. PETRI AD VINCULA.

Ad Processionem, Responsorium 7. toni.




SURGE, Pe- tre, et in- du-



e te ves-ti--men- tis tu- is,


ac- ci-pe for-ti- tu di- nem
ad sal- van- das gen- tes:
* Quia ce-ci-de-runt ca-te- næ
de ma- ni-bus tu-
is ℣. An- ge-lus Domi-ni
as- ti-tit, et lu-men re-ful- sit in ha-bi
ta- cu-lo car- ce- ris, per- cus- so-
que la-te-re Pe- tri, ex-ci-ta-vit e- um,
di- cens: Sur-ge ve- lo-




℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur. * Quia.


Aliud Resp. Tu es Pastor, pag. 218.

Hymnus.



Glória Patri per imménsa sécula ;
Sit tibi, Nate, decus et impérium,
Honor, potéstas, Sanctóque Spirítui :
Sit Trinitáti salus indivídua,
Per infiníta seculórum sécula. Amen.

Antiphona.



℣. Tu es Petrus,

℟. Et super hanc Petram ædificábo Ecclésiam meam.

OREMUS.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, à vínculis absolútum, illæsum abíre fecísti, nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum, et ómnia mala à nobis propitiátus exclúde. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE

DIE III. AUGUSTI.

In festo Inventionis sancti Stephani, Protomartyris, omnia ut suprà in alio festo, pag. 26, *excepto quòd nomen* Natalítia, *mutatur in nomen* Inventiónem.

DIE IV. AUGUSTI.

Sancti Dominici, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

OREMUS.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis, concéde ut, ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxilíis, et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Christum, etc.

DIE V. AUGUSTI.

IN FESTO S. MARIÆ AD NIVES.

Ad Processionem.


℟. Felix namque, etc. pag. lxiv.

Aliud Resp. Congratulámini, etc. pag. lvij.

Hymnus. Quem terra, etc. pag. liv.

Oo

Antiphona.


SANCTA Ma- ri- a, suc- cur- re
mi- se-ris, ju- va pu- sil- la- ni-mes,
re- fo-ve fle- bi-les, o- ra pro
po- pu-lo, in-ter- ve-ni pro
cle ro, in-terce- de pro de- vo-
to fe- mi- ne-o se-xu : sen-
ti-ant om-nes tu-um ju- va-men, qui-
cumque ce- lebrant tuam sanc-tam fes-



ti- vi- ta- tem. 4. *toni.*

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta,

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oratio. Concéde nos, etc. pag. lxj.


DIE VI. AUGUSTI.

IN FESTO TRANSFIGURATIONIS DOMINI.


Ad Processionem, Responsorium 8. *toni.*



DEUS, qui fe- cit de te-




ne-bris lu-men splen- des- ce-re, il-




lu- xit in cor- di- bus nos-



tris : * Ad il- lu-mi-na- ti- o- nem sci-





en- ti- æ clari- ta- tis De-i, in




℣. Glória Patri. 8. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Ad.

Aliud Responsorium 3. *toni.*






li- i De- i no- mi-ne- mur




et si- mus. ℣. Sci- mus




quo-niam cùm ap-pa-ru- e- rit



si-mi-les e-- i e- ri-mus, quo-ni- am



vi-de- bimus e- um, si- cu-



ti est. * Ut.


℣. Glória Patri. 3. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Ut.

Hymnus.



QUI-CUM-QUE Christum quæ-ri-tis,



O-cu-los in al- tum tol-li- te: Il-lic



li- ce-bit vi- se-re Si-gnum pe-ren-nis



glo- ri- æ.

Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublíme, celsum, intérminum,
Antíquius Cœlo et Chao.

Hic ille Rex est Géntium,
Populíque Rex Judáici,
Promíssus Abrahæ Patri,
Ejusque in ævum sémini.


Hunc, et Prophétis téstibus,
Iisdémque signatóribus,
Testátur, et Pater jubet
Audíre nos et crédere.

Jesu, tibi sit glória
Qui te revelas parvulis,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Antiphona 3. *toni.*



R ES- PLEN- DU-IT fa- ci-es e- jus



℣. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini;
℟. Proptéreà decórem índuit te Dóminus.

ORÉMUS.

Deus, qui fídei sacraménta, in Unigéniti tui gloriósâ Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam voce delápsâ è nube lúcidâ mirabíliter præsignásti, concéde propítius, ut ipsíus regis glóriæ nos cohærédes effícias, et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

DIE VIII. AUGUSTI.

SS. Cyriaci et Sociorum, martyrum.

℟. Viri sancti, pag. xix.

ORÉMUS.


Deus, qui nos ánnuâ sanctórum mártyrum tuó-


rum Cyriáci, Largi, et Smarágdi solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut, quorum natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DIE X. AUGUSTI.

SANCTI LAURENTII, MARTYRIS.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.









℣. Glória Patri. 2. *t.*, p. 1.
Repetitur * Et thesauros.

Aliud Responsorium 4. toni.






℣. Probas- ti, Do-mi-ne,



cor me- um, et vi-si- tas-ti




noc- te. * Et ad.

℣. Glória Patri. 4. *toni*, pag. 2.


Repetitur * Et ad.

Hymnus. Deus tuórum mílitum. pag. xiij.


Antiphona.



MI- SIT Do- minus An- ge-lum suum,



et li-be-ra- vit me de medi- o ig-nis,



et non sum æs-tu-a-tus. 7. *toni.*

℣. Dispérsit, dedit paupéribus.

℟. Justítia ejus manet in séculum séculi.

OREMUS.

DA nobis, quæsumus, omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas exstínguere, qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XII. AUGUSTI.

Sanctæ Claræ, virginis.


℟. Veni, elécta, pag. xxxix.


Oratio. Exáudi nos, etc., pag. xlj.

DIE XV. AUGUSTI.

IN ASSUMPTIONE B. M. VIRGINIS
ET IN EJUS OCTAVA.


Ad Processionem, Responsorium 4. toni.






℣. Glória Patri. 4. *toni*, pag. 2.
Repetitur. * Dedi.

Aliud Responsorium 3. *toni.*




de-super ri- vos a- qua- rum: cu-jus
in- æs- ti- ma- bi-lis o- dor
e- rat ni- mis in ves-ti- men-tis e-
jus. * Et si- cut di-es ver-
ni circumda-bant e- am flo-
res ro- sa- rum, et li- li- a con-
val- li- um ℣. Quæ est is- ta
quæ as- cen-dit per de-ser-tum,
si-cut vir-gu-la fu- mi ex a-ro-ma- ti- bus







℣. Glória Patri, 3. *toni*, pag. 1.
Repetitur * Et sicut.

Aliud Responsorium 6. *toni.*



















℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.
Repetitur : Intercede.

Hymnus. Ave, maris, *vel* Quem terra, p. liij.

Antiphona.



℣. Exaltáta est sancta Dei génitrix,


℟. Super choros Angelórum ad cœléstia regna.

OREMUS.

Famulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delíctis ignósce; ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Per eúmdem Christum, etc.

Post Vesperas hujus diei, dicto Benedicámus Dómino, *in Ecclesiis Gallicanis, fit Processio ex voto Ludovici XIII, Christianissimi Francorum Regis, anno* 1638, *emisso pro Rege, et Galliæ regno, in quâ cantatur aliquod ex Responsoriis festi Assumptionis, vel litaniæ beatæ Mariæ Virginis, ut infrà,* lxxvij, *quibus dictis cum oratione, cantatur de septimo tono Psalmus sequens:*

Psalmus 19.



Exaudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto, * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui; * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat

Tríbuat tibi secúndùm cor tuum, * et omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in salutári tuo ; * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo : * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt et cecidérunt : * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac Regem ; * et exáudi nos in die quâ invocavérimus te.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, etc.

Deindè cantatur Antiphona. Sub tuum præsidium, *ut infrà*, pag. lxxv, *usque ad Psalmum* Levávi, *exclusivè ; quâ peractâ, dicitur.*

℣. Deus judícium tuum Regi da, et justítiam tuam Fílio Regis :

℟. Judicáre pópulum tuum in justítiâ et páuperes tuos in judício.

OREMUS.

Deus, regum et regnórum Rex, moderátor et custos, qui Unigénitum tuum, Fílium beatis-

simæ Vírginis Maríæ, ei subjéctum esse voluísti, fámuli tui *N.* Christianíssimi Francórum Regis, fidélis pópuli, et totíus regni sui vota secúndo favóre proséquere; ut, qui ejúsdem se Vírginis império mancípant, et ipsíus servitúti devótâ sponsióne cónsecrant, perénnis in vitâ tranquillitátis ac pacis, et æternæ libertátis in cœlo præmia consequántur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XVI. AUGUSTI.

Sancti Hiacynthi, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

Oratio. Deus, qui nos, etc., pag. xxxiv.

DIE XVII. AUGUSTI.

In Octavâ sancti Laurentii.

℟. Levita, etc., pag. 304.

OREMUS.

Excita, Dómine, in Ecclésiâ tuâ Spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit; ut eódem nos repléti studeámus amáre quod amávit, et ópere exercére quod dócuit. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XX. AUGUSTI.

Sancti Bernardi, abbatis.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij. *Hymn.* Iste conféssor, pag. xxviij. *Ant.* Similábo, p. xxxiij. *Oratio.* Intercéssio, pag. xxxiv.

DIE XXIV. *vel* XXV. AUGUSTI.

Sancti Bartholomæi, Apostoli.

℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

ORÉMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti, da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, et amáre quod crédidit, et prædicáre quod dócuit. Per Christum, etc. ℟. Amen.

DIE XXV. AUGUSTI.

SANCTI LUDOVICI, CONFESSORIS.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij. *Aliud* ℟. Amávit, pag. xxvj. *Hymn.* Iste Conféssor, p. xxviij. *Antiph.* Similábo, pag. xxxiij.

ORÉMUS.

DEUS, qui beátum Ludovícum, confessórem tuum, de terréno regno ad cœléstis regni glóriam

transtulísti, ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, Regis regum Jesu Christi Fílii tui fácias nos esse consórtes, Qui tecum vivit et regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

DIE XXVIII. AUGUSTI.

S. Augustini, Episcopi, confessoris et Ecclesiæ doctoris.

℟. In médio, etc., pag xxxj.

Aliud Resp. Amávit, etc., pag. xxvj.

Hymnus. Iste Conféssor, etc., pag. xxviij.

Antiphona. O Doctor, etc., pag. xxxij.


ORÉMUS.


ADÉSTO supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus: et, quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno, confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Christum, etc.

DIE XXIX. AUGUSTI.

IN DECOLAT. SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.

Ad Processionem, Responsorium 4. toni.






℣. Glória Patri. 4. *toni*, pag. 2.

Repetitur. Propter.


Aliud Resp. Honéstum, etc., pag. x.

Hymnus. Deus, tuórum mílitum, pag. xiij.

Antiphona 4. toni.



HERODES e-nim te-nu-it et li-ga-vit



Jo-annem, et po-su-it in car-ce-rem



propter He-ro-di-a-dem.

℣. Justus ut palma florébit;

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

OREMUS.

SANCTI Joannis Baptistæ, præcursóris et mártyris tui, quæsumus, Dómine, veneránda festívitas salutáris auxílii nobis præstet effectum. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE VIII. SEPTEMBRIS.

In Nativitate beatæ Mariæ Virginis, et in ejus Octavâ, omnia ut in Conceptione ejusdem beatæ Mariæ, pag. 209, *mutato nomine* Conceptiónis *in nomen* Nativitátis.

DIE X. SEPTEMBRIS.

Sancti Nicolái de Tolentino, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxij.

Hymnus. Iste Conféssor, pag. xxviij.

Ant. Similábo, pag. xxxiij.

Oratio. Adésto, Dómine, etc. p. xxxiv.

DIE XIV. SEPTEMBRIS.

In festo Exaltationis sanctæ Crucis omnia ut in festo Inventionis, ut suprà, pag. 257. omissis Alleluia. *in ℟. et in ℣. sed non in Antiphonâ.*

ORÉMUS.

DEUS, qui nos, hodiérnâ die, Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnuâ solemnitáte lætíficas, præsta, quæsumus, ut, cujus mystérium in terrâ cognóvimus, ejus redemptiónis præmia in cœlo mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XVI. SEPTEMBRIS.

SS. Cornelli et Cypriani, martyrum.

℟. Viri sancti, etc. pag. xix. *Oratio.* Beatórum Mártyrum, etc. pag. xxv.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In festo Impressionis SS. Stigmatum in corpore beati Francisci. ℟. Sint lumbi. pag. xxij. *Aliud Resp.* Amávit. xxvj. *Hymn.* Iste Confessor, xxviij. *Antiphona.* Similábo, etc. xxxiij.

℣. Signásti, Dómine, servum tuum Franciscum,
℟. Signis redemptiónis nostræ.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci Passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti, concéde propítius, ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pœniténtiæ faciámus. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

S. Thomæ de Villanová, episc. et confes.

℟. Amávit, etc. pag. xxvj.
Hymnus. Iste Confessor, etc. pag. xxviij.

Antiphona 3. *toni.*



D is- per-sit, dedit pau-pe-ri-bus jus-ti-tia



ti-a e-jus manet in seculum se- cu-li.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas;

℟. Et osténdit illi regnum Dei.

ORÉMUS.

Deus, qui beátum Thomam pontíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti, quæsumus ut, ejus intercessióne, in omnes qui te deprecántur divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XIX. SEPTEMBRIS.

SS. Januarii et Sociorum, martyrum.

℟. Viri sancti, pag. xix.

Oratio. Deus qui nos ánnuâ, pag. xxv.

DIE XX. SEPTEMBRIS.

SS. Eustachii et Sociorum, Mart.

℣. Viri sancti, pag. xix.

Oratio. Deus, qui nos concédis. xxv.

DIE XXI. SEPTEMBRIS.

Sancti Matthæi, apost. et evangelistæ.

℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

OREMUS.

BEATI apóstoli et evangelístæ Matthæi, Dómine, précibus adjuvémur; ut, quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

SS. Mauritii et sociorum, martyrum.

℟. Viri sancti, pag. xix.

OREMUS.

ANNUE, quæsumus, omnípotens Deus, ut sanctórum mártyrum tuórum, Maurítii et sociórum ejus, nos lætíficet festíva solémnitas; ut, quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

Sancti Lini, papæ et martyris.

℟. Honéstum fecit, etc. pag. x.

Oratio. Deus, qui nos beáti, etc. pag. xv.

DIE XXVII. SEPTEMBRIS.

SS. Cosmæ et Damiani, martyrum.

℟. Hæc est vera fratérnitas, etc. pag. xxj.

Aliud Resp. Sancti mei, etc. pag. xx.

Hymnus. Sanctórum, pag. xxiij.

OREMUS.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui sanctórum mártyrum tuorum Cosmæ et Damiáni natalítia cólimus, à cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXIX. SEPTEMBRIS.

In Dedicat. S. Michaelis, Archangeli, omnia ut in festo Apparitionis ejusdem, ut suprà, p. 263. *omisso* Alleluia. *in* ℟. *et* ℣. *sed non in Antiph.*

DIE XXX. SEPTEMBRIS.

Sancti Hieronymi, Presb. confessoris et Ecclesiæ doctoris.

℟. In médio, etc. pag. xxxj. *Aliud.* ℟. Amávit, pag. xxvj. *Hymnus.* Iste Conféssor, pag. xxviij. *Antiphona.* O Doctor. xxxij.

ORÉMUS.

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris scriptúris beátum Hierónymum confessórem tuum doctórem máximum providére dignátus es, præsta, quæsumus, ut, ejus suffragántibus méritis, quod ore simùl et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Christum Dóminum, etc.

FESTA OCTOBRIS.

DIE PRIMA OCTOBRIS.

Sancti Remigii, episcopi et confessoris.


℟. Amávit eum, etc. pag. xxvj.


Oratio. Da, quæsumus, etc. xxx.

DIE II. OCTOBRIS.


IN FESTO SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Ad Processionem, Responsorium I. *toni.*






un- quàm of-fen- das ad la- pi-



dem pe-dem tu- um.



℣. Milli- a mil- li-um mi-nis- tra-



bant e- i, et de- ci-es mil-



li- es cente-na mil- li- a as- sis-



te- bant e- i. * In.

℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.
Repetitur. * In.


Aliud Responsorium 8. *toni.*



V i- vit ip- se Do- mi-nus.




* Quoniam custo-di- vit me Angelus



℣. Glória Patri. 8. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Quoniam.

Hymnus.



Nam quòd corrúerit próditor Angelus,
Concéssis méritò pulsus honóribus,
Ardens invídiâ péllere nítitur
Quos cœlo Deus ádvocat.

Húc custos ígitur pérvigil ádvola,
Avertens pátriâ de tibi créditâ
Tam morbos ánimi, quám requiéscere
Quidquid non sinit íncolas.

Sanctæ sit Tríadi laus pia júgiter,
Cujus perpétuo númine máchina
Triplex hæc régitur, cujus in ómnia
Regnat glória sécula. Amen.

Antiphona.



℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.

℟. Adorábo ad templum sanctum tuum , et confitébor nómini tuo.

OREMUS.

Deus , qui ineffábili providéntiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris , largíre supplícibus tuis , et eórum semper protectióne defendi , et ætérnâ societáte gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DOMINICA

DOMINICA PRIMA OCTOBRIS.

Festum SS. Rosarii, omnia ut in festò beatæ Mariæ ad Nives, ut suprà, pag. 297. *Processiò verò post Vesperas, ut infrà,* pag. lxxv.

DIE IV. OCTOBRIS.

Sancti Francisci, confessoris.

℟. Sint lumbi vestri, etc., pag. xxvij.

Aliud Resp. Amávit, etc., pag. xxvj.

Hymnus. Iste Conféssor, etc., pag. xxviij.

Antiphona. Similábo, etc., pag. xxxiij.

OREMUS.

Deus, qui Ecclésiam tuam, beáti Francísci méritis, fœtu novæ prolis amplíficas, tribue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, et cœléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE VI. OCTOBRIS.

Sancti Brunonis, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

Aliud Resp. Amávit, etc., pag. xxvj.

Hymnus. Iste Conféssor, etc., pag. xxviij.

Antiphona. Similábo, etc., pag. xxxiij.

ORÉMUS.

Sancti Brunónis, confessóris tui, quæsumus, Dómine, intercessiónibus adjuvémur; ut, qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE VIII. OCTOBRIS.

Sanctæ Brigittæ, viduæ.

℟. Regnum mundi, etc., pag. xlij.

OREMUS.

Domine Deus noster, qui beátæ Brigíttæ per Fílium tuum Unigénitum secréta cœléstia revelásti, ipsíus piâ intercessióne, da nobis fámulis tuis in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudére lætántes. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE IX. OCTOBRIS.

S. Dionysii et sociorum, martyrum.

℟. Viri sancti, etc., pag. xix.

ORÉMUS.

Deus, qui hodiérnâ die beátum Dionysium, mártyrem tuum atque Pontíficem, virtúte cons-

tántiæ in passióne roborásti, quique illi ad prædicándum géntibus glóriam tuam Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es, tríbue nobis, quæsumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Christum, etc.

DIE XIV. OCTOBRIS.

Sancti Calixti, papæ et martyris.

℟. Honéstum, etc., pag. x.

ORÉMUS.

Deus, qui nos cónspicis ex nostrâ infirmitáte defícere, ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XV. OCTOBRIS.

Sanctæ Theresiæ, virginis.

℟. Veni, elécta, etc., pag. xl.

ORÉMUS.

Exaudi nos, Deus salutáris noster; ut, sicut de beàtæ Therésiæ vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita cœléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Christum, etc.

DIE XVIII. OCTOBRIS.

Sancti Lucæ, evangelistæ.

℟. Vidi conjúnctos, p. j.

ORÉMUS.

INTERVÉNIAT pro nobis, quæsumus, Dómine, sanctus Lucas Evangelísta, qui Crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore, pro tui nóminis honóre, portávit. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XIX. OCTOBRIS.

Sancti Petri de Alcantara, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

ORÉMUS.

DEUS, qui beátum Petrum, confessórem tuum, admirábilis pœniténtiæ et altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es, da nobis, quæsumus, ut, ejus suffragantibus méritis, carne mortificáti, facíliùs cœléstia capiámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XXVIII. OCTOBRIS.

SS. Simonis et Judæ, apostolorum.

℟. Vidi conjúnctos, pag. j.

ORÉMUS.

Deus, qui nos, per beátos apóstolos tuos Simónem et Judam, ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti, da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre et celebrándo profícere. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FESTA NOVEMBRIS.

DIE PRIMA NOVEMBRIS.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM,

Et in Octavâ eorum. Ad Process.

℟. Vidi Dóminum, pag. 193.

Aliud ℟. Isti sunt, *ut infrà*, pag. iij.

Aliud ℟. Sancti mei, pag. xx.

Hymnus.



Christe, Re-demptor om-ni-um, Con-



Beáta quoque ágmina
Cœléstium Spiríťuum,
Prætérita, præséntia,
Futúra mala péllite.

Vates ætérni júdicis,
Apostolíque Dómini,
Supplíciter expóscimus
Salvári vestris précibus.

Mártyres Dei ínclyti,
Confessorésque lúcidi,
Vestris oratiónibus
Nos ferte in cœléstibus.


Chori sanctárum Vírginum,
Monachorúmque ómnium,
Simúl cum Sanctis ómnibus
Consórtes Christi fácite.

Gentem auférte pérfidam
Credéntium de fínibus,

Ut Christo laudes débitas
Persolvámus alácriter.

Glória Patri ingénito,
Ejúsque Unigénito,
Uná cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Antiphona 8. *toni.*



℣. Exaltábunt Sancti in glóriâ;
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub unâ tribuísti celebritáte venerári, quæsumus ut desirátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessiónibus, largiáris. Per Christum, etc.

DIE IV. NOVEMBRIS.

Sancti Caroli, Episcopi et confessoris.

℟. Amávit eum, etc., pag. xxvj.

ORÉMUS.

Ecclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli, confessóris tui atque Pontíficis, contínuâ protectióne custódi, ut, sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit, ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Christum Dóminum, etc.


DIEBUS IX. et XVIII. NOVEMBRIS.

In Dedicatione Ecclesiæ Salvatoris, et SS. Petri et Pauli, ut in Communi Dedicationis, infrà pag. xlvj.


DIE XI. NOVEMBRIS.

S. MARTINI, EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Ad Processionem, Responsorium 3. *toni.*



Beátus Martinus obitum


bi-tum su- um lon-gè
an-tè præ- sci- vit,
di- xit- que fra- tri-bus, * Disso-
lu-ti- o- nem su-i cor-
po-ris immi-ne re, qui-a ju-
di- ca-bat se jam re-
sol- vi. ℣. Vi- ri-bus
cor-po-ris cœ- pit re-pen-tè desti- tu-i,
con-vo- ca-tisque dis-ci- pu-lis,



℣. Glória Patri 3 *toni*, pag. 1.

Repetitur * Dissolutiónem.

Aliud Responsorium 3. *toni.*







℣. Glória Patri 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Cœlum dives.

Hym. Iste Conféssor, *ut infrà*, pag. xxviij.

Antiphona.





℣. Justum dedúxit, etc.

ORÉMUS.

Deus, qui conspícis quia ex nullà nostrà virtúte subsístimus, concéde propítius ut, intercessióne beáti Martíni, confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muniámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE XII. NOVEMBRIS.

Sancti Martini, papæ et martyris.

℟. Honéstnm fecit, etc. pag. x.

Oratio. Deus, qui nos beáti, etc. pag. xv.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

Sancti Gregorii Thaumaturgi, episcopi et confessoris.


℟. Amávit eum, etc. pag. xxvj.
Oratio. Da, quæsumus, etc. xxx.


DIE XXI. NOVEMBRIS.

IN PRÆSENTATIONE B. M. VIRGINIS.

Ad Processionem.

℟. *Et alia ut suprà in Festo B. M. ad Nives*, pag. 297. *exceptâ sequenti Antiph.*





no nos-tro Je- su Christo, al-le-



lu-ia.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta;

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

OREMUS.


Deus, qui beátam Maríam semper Vírginem, Spíritûs Sancti habitáculum, hodiérnâ die in templo præsentári voluísti, præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XXII. NOVEMBRIS.

SANCTÆ CÆCILIÆ, VIRG. ET MART.


Ad Processionem, Responsorium 8. toni.




B E- A- TA Cæ- ci- li- a



di- xit Ti- bur- ti- o : Ho-


di-è te fa- te-or
me- um es- se cog- na-
tum, quia a- mor De- i te
fe- cit es- se, * Contempto-
rem i- do- lo- rum.
℣. Si- cut e- nim a- mor
De- i mihi tu- um fratrem con-ju-
gem fe- cit, i- ta te mihi cog-
natum fe- cit es-




se. Contemptorem.

℣. Glória Patri 8. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Contemptórem.


Aliud Responsorium 3. *toni.*




O Be- a- ta Cæci-



li- a, quæ du- os




fra- tres con- ver- tis-




ti, Al- ma- chium ju-di-cem



su- pe- ras- ti, * Urba-




num E- pis- co-pum in




vultu An- ge- li- co de- mon-


trasti.



tras- ti. ℣. Qua- si



a- pis ar- gumen-to- sa Do-



mino de- ser- vis- ti.



* Ur-ba- num.

℣. Glória Patri. 3. *toni*, pag. 1.


Repetitur * Urbanum.

Hymnus. Jesu coróna, pag. xxxvj.


Antiphona.



C ANTAN- TI-BUS or- ga-nis, Cæ- ci-




li- a Domino decanta-bat di- cens:



Fi-at cor meum immacu-la- tum, ut

Uu



℣. Diffúsa est grátia in labiis tuis :

℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

OREMUS.


DEUS, qui nos ánnuâ beátæ Cæcíliæ Vírginis et mártyris tuæ solemnitáte lætíficas, da ut, quam venerámur offício, etíam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

DIE XXIII. NOVEMBRIS.

S. CLEMENTIS, PAPÆ ET MARTYRIS.

Ad Processionem, Responsorium 4. toni.






℣. Glória Patri 4. *toni*, pag. 2.

Repetitur * Ut digni.

Aliud Resp. Hic est verè Martyr., pag. xij.

Hymnus. Deus tuórum mílitum, pag. xiij.

Antiphona 2. toni.



℣. Justus ut palma florébit:

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

OREMUS.

Deus, qui nos ánnuâ beáti Cleméntis, mártyris tui atque Pontíficis, solemnitáte lætíficas, concéde propítius ut, cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Christum Dóminum nostrum.

DIE XXV. NOVEMBRIS.

SANCTÆ CATHARINÆ V. ET MART.

Ad Processionem.

℟. Veni, sponsa Christi, etc., pag. xxxvij.
Aliud. ℟. Médiâ nocte, etc., pag. xxxviij.
Hymnus. Jesu coróna, pag. xxxvj.
Antiphona. Veni, sponsa, etc., pag. xxxvij.
℣. Diffúsa, etc., pag. xlj.

OREMUS.

Deus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínaï, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharinæ vírginis et mártyris tuæ mirabíliter collocásti, præsta, quæsumus, ut, ejus méritis et intercessióne, ad montem qui Christus est perveníre valeámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

FESTA AD LIBITUM.

S. Canuti, Danorum Regis, martyris.

℟. Honéstum, etc., pag. x.

ORÉMUS.

Deus, qui, ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canútum, Danórum Regem, martyrii palmâ et gloriósis miráculis decoráre dignátus es, concéde propítius, ut, sicut ipse Domínicæ passiónis imitátor fuit, ita nos, per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Per Christum, etc.

DIE IV. FEBRUARII.

S. Andreæ, Corcini Episc. et confes.

℟. Amávit, etc., pag. xxvj.

ORÉMUS.

Deus, plebis tuæ miserátor, cui beátus Andréas Póntifex, abdicáto séculi fastu, liberióri plácuit ministério, da, quæsumus, Pastóris tui solémnia recenseńti ejus non destítui suffrágio, cujus confídit méritis tuæ restítui grátior majestáti. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DIE V. APRILIS.

Sancti Vicentii Ferrerii, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

ORÉMUS.

Deus, qui Ecclesiam tuam beáti Vincéntii, confessóris tui, méritis et prædicatióne illustráre dignátus es, concéde nobis fámulis tuis, ut et ipsíus instruámur exémplis, et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum.

DIE XVII. JULII.

Sancti Alexii, confessoris.

℟. Sint lumbi, etc., pag. xxvij.

Oratio. Deus, qui nos beáti, pag. xxxiv.

DIE XXXI. AUGUSTI.

Sancti Raymundi Nonnati, confessoris.

℟. Sint lumbi, pag. xxvij.

OREMUS.

Deus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Nonnátum,

confessórem tuum, mirábilem effecísti, ejus nobis intercessióne concéde, ut, à peccatórum vínculis absolúti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Christum Dóminum nostrum.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

Sanctæ Elisabeth, viduæ.

℟. Regnum mundi, etc., pag. xlij.

ORÉMUS.

Tuórum corda fidélium, Deus miserátor, illustra, et, beátæ Elísabeth précibus gloriósis, fac nos próspera mundi despícere, et cœlésti semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.


COMMUNE
SANCTORUM.

Responsoria, Antiphonæ, Hymni, Versiculi et Orationes de Sanctis, ac primùm.

DE APOSTOLIS ET EVANGELISTIS,

Extra Tempus Paschale.

Responsorium 4. toni.







℣. Gloria Patri. 4. *toni*, pag. 2.


Repetitur. * Isti.

Aliud Respons. de Apostolis, 8. *toni.*





ter- ræ ver- ba e- o-




Glória Patri. 8. *toni*, p. 3.


rum. * Ca- li- cem.

Repetitur. * Calicem.


Hymnus.




E x- ul- tet Cœ- lum lau-di- bus;



Re-sul- tet ter- ra gau- di- is: A-pos-



tolorum glo-ri- am Sa-cra ca-nunt



so- lem- ni- a. 1. *ton.*

Vos secli justi júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium;
Audíte preces súpplicum.
Qui cœlum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos à peccátis ómnibus
Sólvite jussu, quæsumus;

Quorum præcépto súbditur
Salus et languor ómnium :
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus.

Ut, cùm Judex advénerit
Christus in fine séculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc et in perpétuum. Amen.



℣. Annuntiáverunt ópera Dei,

℟. Et facta ejus intellexérunt.


Oratio propria.




℣. Glória Patri. 3. *toni*, pag. 1.


Repetitur * Testimónium.

Aliud ℟. 2. *toni.*







lu- ia. ℣. Candi-di-o- res ni-



ve, ni-ti- di- o- res lac- te; ru-bicun-



di-o- res e- bo- re an-ti quo;




Sapphiro pul-chri- o- res.



* Et si- cut

℣. Gloria Patri. 2. *toni*, pag. 1. *Repetitur* * Et sicut.


Hym-nus.



TRISTES e- rant A- pos- to- li, De



nece su-i Domi-ni, Quem morte cru de-





lis-si-ma, Servi damna-rant im- pi-i. 3. *toni.*

Sermóne blando Angelus
Prædíxit muliéribus:

In

In Galilæa Dóminus
Vidéndus est quantóciùs.
Illæ dùm pergunt cóncitæ
Apóstolis hoc dícere,
Vidéntes eum vívere,
Christi tenent vestígia.
Quo ágnito Discípuli
In Galilæam próperè
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.
Quæsumus, auctor ómnium,
In hoc Paschali gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi, Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.





℣. Gloria Patri. 2. *toni*, pag. 1. *Repetitur* * Et sicut.

Hymnus.




3. *toni.*

Sermóne blando Angelus
Prædíxit muliéribus :

In

In Galilæa Dóminus
Vidéndus est quantóciùs.
Illæ dùm pergunt cóncitæ
Apóstolis hoc dícere,
Vidéntes eum vívere,
Christi tenent vestígia.
Quo ágnito Discípuli
In Galilæam próperè
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.
Quæsumus, auctor ómnium,
In hoc Paschali gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi, Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.






℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors Sanctórum ejus, allelúia.


Oratio propria.

DE UNO MARTYRE,

Extra tempus Paschale.

Ad Stationem, Responsorium. 7. *toni.*






℣. Gloria Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Et.


Aliud Respons. de eodem Martyre. 7. toni.





℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.
Repetitur * Qui minas.

Hymnus.




Hic nempe mundi gáudia,
Et blandiménta nóxia,
Cadúca ritè députans
Pervénit ad cœléstia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,
Pro te effúndens sánguinem:
Ætérna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te póscimus piíssime,
In hoc triúmpho Mártyris
Dimitte noxam sérvulis.

Laus, et perénnis glória
Deo Patri, et Fílio,
Sancto Simul Parácleto,
In sempitérna sécula. Amen.

Antiphona.







8. *toni.*

℣. Justus ut palma florébit.

℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Pro Martyre et Pontifice. ORÉMUS.

INFIRMITATEM nostram réspice, omnípotens Deus, et quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos protégat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Alia Oratio. ORÉMUS.

DEUS, qui nos beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis ánnuâ solennitáte lætíficas : concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Pro Martyre tantùm. ORÉMUS.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui beáti *N.* Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Alia Oratio. ORÉMUS.


PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, et à cunctis adversitátibus liberémur in córpore, et à pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Christum Dóminum nostrum ℟. Amen.


DE UNO MARTYRE,

vel de pluribus Martyribus.

Tempore Paschali.

Ad Processionem, Responsorium 7. toni.





vis su- is: Con-



so- la-bi-tur.

℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Consolábitur.

Aliud Resp. Cándidi facti sunt, pag. vij.

Pro uno Martyre, Hymnus. Deus tuórum mílitum, xiij. *cum* ℣. Glória tibi, Dómine, Qui surrexísti, *in fine, sub cantu Hymni sequentis.*


Pro pluribus Martyribus, Hymnus.



REX glo-ri-o-se Mar-ty-rum, Co-



ro-na con-fi-tenti-um, Qui respu-en-tes ter-



re-a Perducis ad cœles- ti-a. 8. *toni.*

Aurem benígnam prótinus
Appóne nostris vócibus,
Trophæa sacra pángimus,
Ignósce quod delíquimus.

c

Tu vincis in Martyribus
Parcéndo Confessóribus,
Tu vince nostra crímina,
Donándo indulgéntiam.

Glória tibi, Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre et sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.




℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allel.
℟. Vos elégit Deus in hereditatem sibi, allel.


Oratio vel de Proprio, vel de Communi, pro uno Martyre, xv. *vel infrà pro pluribus Martyribus.*

DE PLURIBUS MARTYRIBUS,

Extra Tempus Paschale.


Ad Processionem, Responsorium 7. toni.






℣. Gloria Patri. 7. *toni*, pag. 3. *Repetitur* * Et ideò.

Aliud Responsorium 8 *toni.*






℣. Glória Patri. 8 *toni*, pag. 3.


Repetitur * Mercedem.


DE PLURIBUS MARTYRIBUS

Fratribus.

Ad Processionem, *Responsorium* 1 *toni*.




vi- o- la- ri cer- ta
mi-ne : qui ef- fu- so san- guine
se- cu- ti sunt Do-
mi-num * Contemnentes au-lam re-
gi- am, per-ve- ne-
runt ad reg- na cœ-
les- ti- a. ℣. Ec-ce quàm bo-
num et quàm ju- cum- dum, ha- bi-
ta- re fra- tres in u- num.



℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.


Rep. * Contemnentes.

* Contemnentes


Hymnus.



SANC-TO-RUM me-ri-tis in-cly-ta gaudi-a,



Pangamus so-ci-i, gestaque forti-a: Nam gliscit



a- nimus pro-me-re canti-bus. Victo-rum genus



op-ti-mum. 3 *toni.*

Hi sunt quos rétinens mundus inhórruit:
Ipsum non stérili flore per áridum
Sprevére pénitùs, teque secúti sunt
Rex Christe bone cœlitùs.


Hi pro te fúrias atque ferócia
Calcárunt hóminum, sæváque vérbera,
Cessit his lácerans fórtiter úngula,
Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium,
Non murmur résonat, non quærimónia:
Sed corde tácito mens benè cónscia
Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere
Quæ tu Martyribus múnera præparas?
Rubri nam flúido sánguine láureis
Ditántur benè fúlgidis.

Te, summa Déitas unáque, póscimus,
Ut culpas ábluas, nóxia súbtrahas?
Des pácem fámulis, nos quoque glóriam
Per cuncta tibi sécula. Amen.

Ant.



℣. Exultábunt Sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Pro pluribus Martyribus et Pontificibus.

ORÉMUS.

BEATÓRUM Martyrum, paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quæsumus, Dómine, festa tueántur, et eórum comméndet orátio veneránda. Per Christum. ℟. Amen.

Si non fuerint Pontifices.

ORÉMUS.

DEUS, qui nos ánnuâ sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Christum. ℟. Amen.

Alia pro iisdem.

ORÉMUS.

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum *N.* et *N.* natalítia cólere, da nobis in ætérnâ beatitúdine, de eórum societáte gaudére. Per Christum. ℟. Amen.

Pro pluribus Martyribus Fratribus.


ORÉMUS.


FRATÉRNA nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet: quæ et fidei nostræ præbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DE CONFESSORIBUS, PONTIFICIBUS

et non Pontificibus.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.






℣. Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Et ad portas.

Aliud Responsorium 1. *toni.*






℣. Glória Patri. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur. * Et vos.

Hymnus.





cœ- li. 1. *toni.*

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dùm præsens vegetávit ejus
Córporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum fréquenter
Membra languéntum modò sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.


Undè nunc noster chorus in honórem
Ipsius hymnum canit hunc libénter,
Ut piis ejus méritis juvémur,
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui suprà cœli résidens cacúmen,
Tótius mundi máchinam gubérnat
Trinus et unus. Amen.

Ant.



SACERDOS et Pon- ti- fex, et



vir-tu-tum o- pi-fex, pas-tor bo-ne in



℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi;
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

OREMUS.

DA, quæsumus, omnípotens Deus, ut beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


OREMUS.


EXAUDI, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus, et, qui tibi dignè méruit famulári ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

PRO DOCTORIBUS, CONFESSORIBUS,

Et non Pontificibus.

Ad Processionem, Responsorium 1. *toni.*





o- nem thesau-ri-za-vít su- per



e- um. * Et im- plevit.

℣. Gloria Patri. 1. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Et implévit.

Hymnus. Iste Conféssor, pag. xxviij.


Ant.




O Doctor op- tí-me, Eccle-



si- æ Sanctæ lumen, be-a- te *N.*



di-vinæ le-gis a- ma-tor,



de- precare pro nobis Fi- li- um



De- i. 2. *toni.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

℟. Et stolam glóriæ índuit eum.

ORÉMUS.

OREMUS.

DEUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum *N.* minístrum tribuísti, præsta, quæsumus, ut, quem Doctórem vitæ habuímus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


DE SS. CONFESSORIBUS NON PONT.

Ad Processionem.

℟. Sint lumbi, etc. pag. xxvij.

Hymnus. Iste Conféssor, pag. xxviij.

Antiphona.



℣. Justum dedúxit Dòminus per vias rectas.

℟. Et osténdit illi regnum Dei.

OREMUS.

Deus, qui nos beáti *N.* Confessóris tui annuâ solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut, cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Christum, etc. ℟. Amen.

Alia Oratio. OREMUS.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitáte deférimus, ut, qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerit Abbas. OREMUS.

Intercessio nos, quæsumus, Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet, ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DE UNA VIRGINE ET MARTYRE.


Ad Processionem, Responsorium 3. toni.




Veni, sponsa Chris- ti,



ac- ci-pe co- ro- nam,


quam ti- bi Do- mi-nus præ- pa-
ra- vit in æ- ter num, pro
cu- jus a- mo- re san- gui-nem
tu- um fu-dis- ti, * Et cum
An- ge-lis in
pa-ra-di- sum in-tro- is- ti.
* Ve- ni, e-lec-ta me- a,
et po- nam in te thronum me- um,
qui- a concu-pi- vit Rex spe- ci-




em tu- am. * Et cum.


℣. Glória Patri. 3. *toni.*

Repetitur. * Et cum.


Hymnus.



JE- SU, co-ro- na Vir- gi-num, Quem ma- ter



il- la con-ci- pit, Quæ so-la vir- go



par- tu-rit, Hæc vo- ta cle- mens ac-ci-pe. 8. *t.*


Qui pascis inter lília,
Septus choréis Virginum,
Sponsus decórans glóriâ,
Sponsísque reddens præmia.

Quocúmque pergis vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Post te canéntes cúrsitant,
Hymnósque dulces pérsonant.


Te deprecámur lárgiùs,
Nostris adáuge sénsibus,
Nescíre prorsùs ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri et Fílio,
Sancto simul Parácleto,
In sempitérna sécula. Amen.


Antiphona.



VE- NI, sponsa Christi, ac-ci-pe



co-ro- nam, quam ti-bi Do- mi-nus



præpa-ra-vit in æ- ternum. 8. *toni.*

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

OREMUS.

DEUS, qui, inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulisti, concéde propítius, ut, qui beátæ *N.* Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Christum, etc.

℟. Amen.


Alia Oratio. OREMUS.

INDULGÉNTIAM tuam, quæsumus, Dómine, beáta *N.* Virgo et Martyr implóret, quæ tibi grata

semper éxtitit mérito castitátis et tuæ professióne virtútis. Per Christum. ℟. Amen.

PRO PLURIBUS VIRGINIBUS.

Ad Processionem, Responsorium, 5. *toni.*



℣. Glória Patri. 5. *toni*, pag. 2.

Repetitur * Ecce.

Hymnus. Jesu coróna, pag. xxxvij

Ant.



PRUDEN-TES Vir-gínes, ap-ta-te ves-tras



lam-pades, ec-ce sponsus ve- nit, e- xi- te



ob- vi- am e- i. 4. *toni.*

℣. Adducéntur Regi vírgines post eam:

℟. Proximæ ejus afferéntur tibi.

OREMUS.

DA nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári, ut, quos dignâ mente non possúmus celebráre, humílibus saltèm frequentémus obséquiis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DE UNA VIRGINE NON MATYRE.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.



VE- NI, e- lec-ta me- a,



et po- nam in te thro-




num me- um, * Qui- a




con- cu- pi- vit Rex spe-ci-em




tu- am. ℣. Spe- ci- e tu- â



et pulchritu- di-ne tu- â in-



ten-de, prospe-rè proce- de et




reg- na. * Qui- a.

Glória Patri. 2. *toni*, pag. 1.

Repetitur * Quia.

Hymnus. Jesu coróna Vírginum, pag. xxxvj.

Ant.



V e- ni, e- lec-ta me- a, et po-nam



in te thronum me- um, al-le- lu-ia. 1. *t.*

℣. Diffúsa

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis ;

℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.


ORÉMUS.


Exaudi nos, Deus salutáris noster, ut, sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


PRO SANCTA MARTYRE TANTUM,

et pro nec Virgine nec Martyre.

Ad Processionem, Responsorium 7. toni.









Glória. 7. *toni*, p. 3. *Repet.* * Et panem.

Aliud Responsorium 5 toni.




propter a-morem Do- mi-ni me- i
Jesu Christi, * quem vi- di,
quem a- ma- vi, in quem credi-di,
quem di- le xi. ℣. E-ruc- ta-
vit cor me- um ver-bum bo-num:
di-co e- go o- pe- ra mea
Re- gi. * Quem. ℣. Glo- ri- a
Pa- tri, et Fi- li- o, et
Spi-ri- tu- i Sanc- to. * Quem.




Hæc Christi amóre sáucia,
Dùm mundi amórem nóxium
Horréscit, ad cœléstia
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cœli potítur gáudiis.


Rex Christe, virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quæsumus,
Audi benígnus súpplices.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Parácleto,
Et nunc et in perpétuum. Amen.


Ant.



D A- TE e- i de fruc-tu ma-



nu-um su- a-rum, et lau-dent e- am



in por- tis o- pe- ra e- jus. 7. *toni.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis ;

℟. Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

OREMUS.

Deus, qui, inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti, concéde propítius, ut, qui beátæ *N.* Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Christum Dóminum. ℟. Amen.


Pro nec Virgine nec Martyre,


OREMUS.

Exaudi nos, Deus salutáris noster, ut, sicut de beátæ *N.* festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Ad Processionem, Responsorium 2. toni.









℣. Gloria Patri.
2. *toni*, pag. 1
Rep. * Et venient.


Aliud Responsorium 7 toni.






Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Rep. * Et turres.





Nova véniens è cœlo
Nuptiáli thálamo,
Præparáta ut sponsáta
Copulétur Dómino:
Platéæ et muri ejus
Ex auro puríssimo.

Portæ nitent margarítis,
Adytis paténtibus,
Et, virtúte meritórum,
Illùc introdúcitur
Omnis qui, ob Christi nomen,
Hîc in mundo prémitur.

Tunsiónibus, pressúris
Expolíti lápides,
Suis coaptántur locis
Per manus artíficis;
Disponúntur permansúri
Sacris ædifíciis.

Glória et honor Deo
Usquequáque Altíssimo,
Unà Patri, Filióque,
Inclyto Parácleto,
Cui laus est et potéstas
Per ætérna sécula. Amen.



℣. Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo,

℟. In longitúdinem diérum.


ORÉMUS.


Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræsentas incólumes, exaudi preces pópuli tui, et præsta ut, quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

COMMUNE DE B. MARIA,

IN ADVENTU.

Ad Processionem, Responsorium 7 toni.






℣. Glória Patri. 7. *toni*, pag. 3.

Repetitur * Spíritus.

Aliud. Resp. Missus est, etc. pag. 11.



Sumens illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos, culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,

Ut, vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Alius Hymnus 3. *toni.*



Cui luna, sol et ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfúsa cœli grátià
Gestant puéllæ víscera.

Beáta mater múnere,
Cujus supérnus ártifex,
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris sub arcâ clausus est.

Beáta cœli núntio,
Fœcúnda sancto Spíritu,

Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus est.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Alius Hymnus sub cantu præcedenti.

O Glorióa Dómina,
Excélsa super sídera,
Qui te creávit próvidè,
Lactásti sacro úbere.

Quod Eva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine;
Intrent ut astra flébiles,
Cœli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánua,
Et porta lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redemptæ, pláudite.

Meménto, salútis auctor,
Quòd nostri quondam córporis,
Ex illibátâ Vírgine
Nascéndo, formam súmpseris.


María, Mater grátiæ,
Mater misericórdiæ,

Tu nos ab hoste prótege,
Et horâ mortis súscipe.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

Ant.


E c- ce an- cil- la Do- mi-ni, fi- at



mi- hi se-cundùm ver-bum tu-um. 8. *toni.*

℣. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ;
℟. Et concépit de Spíritu sancto.

OREMUS.


Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti, præsta supplícibus tuis, ut, qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

A

A NATIVITATE DOMINI,

usque ad Purificationem B. Mariæ.

Responsorium 7. toni.



Ꝛ



Aliud ℟. Sancta et immaculáta, *ut sup.* 39. *Hymnus.* Quem terra. *vel.* O gloriósa Dómina. *ut suprà*, pag. liv et lv.







℣. Post partum Virgo invioláta permansísti,
℟. Dei génitrix, intercéde pro nobis.


OREMUS.


Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúndâ, humáno géneri præmia præstitísti, tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.


A PURIFICATIONE AD PASCHA.

Responsorium 1. *toni.*










℣. Glória Patri. I. *toni*, pag. I.

Repetitur * Genuísti.

Hymnus. Ave, maris stella, *vel* Quem terra, pontus, *ut suprà*, pag. liij et liv.





à Do-mino, quia per te fructu-i



vi- tæ commu- ni- cavimus. 7. *toni.*

℣. Benedícta tu in muliéribus;
℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

OREMUS.

CONCÉDE nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis et córporis sanitáte gaudére, et gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne à présenti liberári tristítiâ, et ætérnâ pérfrui lætítiâ. Per Christum Dóminum.


℟. Amen.

A PASCHA AD PENTECOSTEN.


Responsorium 8. *toni.*




O RNA- TAM moni- li-bus




fi- li- am Je- ru- sa- lem




Do- mi-nus con- cu- pi- vit.


* Et vi-den-tes e- am fi- li- æ Si-
on, be-a- tis-si-mam prædi-
ca-ve- runt di-cen tes: * Un-
guen-tum ef- fu- sum no-
men tu- um, al-
le- lu- ia. ℣. Ads- ti- tit
re- gi-na à dex- tris
tu- is in ves- ti- tu de-au-ra- to
circumda-ta va ri- e- ta-



te. * Et vi-den-tes.


Gloria Patri. 8. *toni*, pag. 3.




* Un-guen- tum

Hymnus. Quem terra. *vel* O glorióʃa. *ut suprà*, pag. *liv*.


Ant.




BE- A- TA es Ma- ri- a, quæ credi-



dis- ti, perfi- ci-en-tur in te quæ dic-



ta sunt ti- bi à Do- mi-no,



al- le lu-ia. 8. *toni*.

℣. Benedícta tu in muliéribus, Allelúia,


℟. Et benedíctus fructus ventris tui, allelúia.

Oratio. Concéde nos. *ut sup.* pag. *lxi.*

A PENTECOSTE
AD ADVENTUM.

Responsorium 1. *toni.*







pulo, in- ter- ve-ni pro cle ro, in- ter-




ce-de pro de-vo- to fæ-mi- ne- o se-




xu, sen- ti-ant omnes tuum ju- va- men



quicumque ce- le-brant tu-am sanctam



Con- cep- ti- o- nem.
Vi-si- ta- ti- o- nem.
Fes- ti- vi- ta- tem.
Na- ti- vi- ta- tem.
Præsen- ta- ti- o- nem.
Commemo- ra- ti- o- nem.



* Quia ex.

℣. Gloria Patri.
1. *toni*, p. 1.
Repet. * Quia ex.

Hymnus. Ave, maris stella. *vel* Quem terra. *ut suprà*, pag. liij. liv.



℣. Benedícta tu in mulieŕibus;

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Oratio. Concéde nos. *ut suprà*, p. lxj.


PROSA BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.





si-ma, Susci-pe pi- a laudum præco- ni- a.
Te nunc de-vota fla-gitant corda et
o- ra, Nostra ut pura pecto-ra sint
et corpora. Tua per preca-ta dulci-
so-na, No-bis concedas veniam per
se-cu-la. O Benigna. O Mari-a.
O Virgo pi-a, Quæ so-la in-vi- o-
la-ta per- man- sis- ti.

QUATUOR MAJORES ANTIPHONÆ

De beatâ Mariâ, quarum prima dicitur ab Adventu usque ad Purificationem inclusivè.





In Adventu, ℣. Angelus Dómini, p. lvj.

OREMUS.


GRATIAM tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde; ut, qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus, per passiónem ejus et crucem ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


A Nativitate Domini usque ad Purificationem, ℣. Post partum, etc. *cum Oratione.* Deus, qui salútis, *ut suprà*, pag. lix.

A PURIFICATIONE B. VIRGINIS MARIÆ

usque ad Pascha.

Antiphona 6. toni.





pro no- bis Christum e- xo- ra.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta;

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

ORÉMUS.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium; ut, qui sanctæ Dei genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum. ℟. Amen.

A PASCHATE USQUE AD TRINITATEM.


Antiphona, 6. *toni.*



Regina cœli, læ-ta




re, al- le- lu- ia: Qui-a, quem



me- ru-is- ti por- ta-



re, al- le- lu- ia, Resur-re- xit,



si- cut di-xit, al- le- lu- ia. O- ra



pro no- bis De-um, al- le-



lu- ia.


℣. Gaude et lætáre, Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus verè, allelúia.

OREMUS.


DEUS, qui per Resurrectiónem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es; præsta, quæsumus, ut per ejus genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiàmus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

A TRINITATE USQUE AD ADVENTUM.


Antiphona I. *toni.*



SALVE, Re- gi- na, Mater mi-
sericordiæ,


se- ri- cor- di-æ, vi- ta, dul-
ce- do, et spes nostra, sal-
ve. Ad te cla-ma- mus,
e- xu-les fi- li- i E- væ. Ad
te suspi-ra- mus, gemen-tes et
flen- tes in hâc la-cryma-rum
val- le. E- i- a ergo, advo-ca-
ta nos-tra, il- los tu- os mi-se- ri-
cor- des o- cu-los ad

k



℣. Ora pro nobis , sancta Dei génitrix ;

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

OREMUS.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus , qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam , ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur , Spíritu sancto cooperánte , præparásti ; da ut , cujus commemoratióne lætámur , ejus piâ intercessióne ab instántibus malis et à morte perpétuâ liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


IN FESTO SANCTISSIMI ROSARII,

Quod celebratur, Dominicâ primâ Octobris, in Ecclesiis in quibus erectum est Altare, seu electa Capella Rosarii beatæ M. Virginis : Et in primâ Dominicâ cujusque mensis, ac etiam in ejusdem B. Mariæ Virginis Festivitatibus.

AD PROCESSIONEM,

Quæ post Vesperas solet fieri, Clero stante et nudo capite, à Cantoribus inchoatur sequens.

Antiphona 7. toni.





Et repetitur Antiphona. Sub tuum præsídium. *usque ad Ps. exclusivè.*

Deindè genuflectunt omnes, et duo Clerici, ante Altare genuflexi, devotè Litanias sequentes cantare incipiunt : sed à Kyrie, éleïson. *usque ad hæc verba*, Pater de cœlis, etc. *exclusivè*, *Chorus*


totum id repetit quod à Clericis est præcantatum: ab illis autem verbis respondetur, Miserére nobis, *et* Ora pro nobis. *Cùm autem cantatum fuerit,* Sancta Maria, ora, etc. *surgunt omnes, et ordinatim procedunt egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente Thuriferario, cum Thuribulo fumigante, subsequente Clerico Crucem deferente, comitibus hinc indè duobus Ceroferariis, et subsequente Clero, ultimo loco Sacerdos stolâ supra superpellicem et pluviali albi coloris paratus.*

LITANIÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.





Mise-re- re no-bis.



Sancta Mari- a, o- ra pro no-bis.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Vírginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater divínæ grátiæ, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo prædicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiæ, ora.
Sedes sapiéntiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituále, ora.

Vas honorábile, ora pro nobis.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Jánua cœli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora.
Auxílium Christianórum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe, audi nos. Christe, exáudi nos.

Si verò sit longior Processio, repetuntur Litaniæ, utroque Choro idem simùl respondente quod à Clericis priùs cantatum fuerit, vel Litaniis absolutis, unùm ex Responsoriis, cum Hymno et Antiphonâ, pro diversitate temporum, suprà positis. Deindè à duobus Clericis dicitur:

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta:

℟. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Deindè Sacerdos subdit.


℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.


OREMUS.


DEUS ineffábilis misericórdiæ, qui non solùm homo, sed étiam Fílius hóminis fíeri dignatus es, et mulíerem matrem in terris habére voluísti, qui Deum Patrem habébas in cœlis, da nobis, quæsumus, ejus memóriam devótè celebráre, ejus maternitátem summè venerári, ac ejus superexcellentíssimæ dignitáti humíllimè subésse, quæ te de Spíritu sancto concépit, te Virgo péperit, et te in terris sibi súbditum habuit, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium Dei unigénitum, qui cum eódem Patre et Spíritu sancto vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Cantus mœroris, seu Planctus B. M. Virginis pro quálibet Feriá sextâ Quadragesimæ.



STA-BAT mater do- lo- rosa,





Cujus ánimam geméntem, contristántem et doléntem pertransívit gládius.

O quám tristis et afflicta fuit illa benedícta mater unigéniti!

Quæ mœrébat et dolébat et tremébat, cùm vidébat nati pænas ínclyti.

Quis est homo qui non fleret, Christi matrem si vidéret in tanto supplício?

Quis posset non contristári, piam matrem contemplári, doléntem cum Fílio?

Pro peccátis suæ gentis, vidit Jesum in torméntis, et flagellis súbditum.

Vidit suum dulcem natum, moriéntem, desolátum, dùm emísit spíritum.

Eïa mater fons amóris, me sentíre vim dolóris, fac ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum, in amándo Christum Deum, ut sibi compláceam.

Sancta mater, istud agas, Crucifíxi fige plagas cordi meo válidè.

Tui nati vulneráti, jam dignáti pro me pati, pœnas mecum dívide.

Fac me verè tecum flere, crucifíxo condolére, donec ego víxero.

Juxta crucem tecum stare, te libénter sociáre in planctu desídero.

Virgo vírginum præclara, mihi jam non sis amàra : fac me tecum plángere.

Fac ut portem Christi mortem, passiónis ejus sortem et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári, cruce hàc inebriàri, ob amórem filii.

Inflammátus et accénsus, per te, Virgo, sim defénsus, in die judícii.

Fac me cruce custodíri, morte Christi præmuníri, confovéri grátiâ.

Quandò corpus moriétur, fac ut ánimæ donétur paradísi glória. Amen.

℣. Tuam ipsíus ánimam dolóris gládius pertransívit :

℟. Ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes.

OREMUS.

Interveniat pro nobis, quæsumus, Dómine Jesu Christe, apud tuam cleméntiam, nunc et in horâ mortis nostræ piíssima Virgo María, mater tua, cujus sanctíssimam ánimam in horâ benedíctæ passiónis tuæ dolóris gládius pertransívit. Qui vivis et regnas Deus in sécula seculórum. Amen.

CANTUS LÆTITIÆ,

In diē Paschæ, et in sequentibus diēbus.



Et manè, primâ Sábbati,
Ad óstium monuménti
Accessérunt Discípuli, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Et María Magdaléne,
Et Jacóbi et Salóme,
Venérunt corpus úngere, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

In albis sedens Angelus,
Prædíxit muliéribus:
In Galilæâ est Dóminus, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Et Joánnes Apóstolus
Cucúrrit Petro cítiùs,
Monuménto venit priùs, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Discípulis astántibus,
In médio stetit Christus,
Dicens: Pax vobis ómnibus, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Ut intelléxit Didymus
Quia surréxerat Jesus,
Remánsit ferè dúbius, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Vide Thoma, vide latus,
Vide pedes, vide manus,
Noli esse incrédulus, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Quandò Thomas vidit Christum,
Pedes, manus, latus suum,
Dixit: Tu es Deus meus, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Beáti qui non vidérunt,
Et fírmiter credidérunt,
Vitam ætérnam habébunt, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

In hoc festo sanctíssimo
Sit laus et jubilátio,
Benedicámus Dómino, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

De quibus nos humíllimas,
Devótas atque débitas
Deo dicámus grátias, allelúia.
Allelúia, allelúia, allelúia.

COMMUNE PROCESSIONUM

Quæ fiunt pro variis necessitatibus publicis juxta Rituale Romanum; ac primùm.

DE PROCESSIONE AD PETENDAM PLUVIAM.

Aguntur omnia ut suprà in Litaniis majoribus, pag. 128 *usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur* : Ut congruéntem plúviam Fidélibus tuis concedére dignéris,

℟. Te rogámus, audi nos.

In fine posteà à Sacerdote cum Choro genuflectente dicitur altâ voce, Pater noster, *reliqua secretò : Deindè altâ voce :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℟. Sed líbera nos à malo.

Deindè Chorus alternatim.

Psalmus 146.

LAUDATE Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus; * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde, * et álligat contrítiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum, * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus; * et sapientiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cithara.

Qui óperit cœlum núbibus, * et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum, * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum erit Dómino super timéntes eum, * et in eis qui sperant super misericórdiâ ejus.

Glória Patri et Fílio, etc.

Quo finito, dicantur sequentes preces à Sacerdote, Choro respondente.

℣. Operi, Dómine, cœlum núbibus,

℟. Et para terræ plúviam.

℣. Ut prodúcat in móntibus fœnum,

℟. Et herbam servitúti hóminum.

℣. Riga montes de superióribus tuis.

℟. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℣. Et cum spíritu tuo.

Deindè Sacerdos solus stans dicit:

OREMUS.

Deus, in quo vívimus, movémur et sumus, plúviam nobis tríbue congruéntem; ut, præséntibus auxíliis sufficienter adjúti, sempitérna fiduciáliter appetámus.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui in afflictióne nostrà de tuà pietáte confídimus, contra advérsa ómnia tuà semper protectióne muniámur.

Da nobis, quæsumus, Dómine, plúviam salutárem, et áridam terræ fáciem fluéntis cœléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum Jesum

Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

PROCESSIONE AD POSTULANDAM SERENITATEM.

Omnia fiunt ut suprà in Litaniis majoribus, *pag.* 122. *et in Litaniarum precibus bis dicatur :* Ut Fidélibus tuis áëris serenitátem concédere dignéris.

℟. Te rogámus, audi nos.

Ad finem obsecrationum, à Sacerdote cum Choro genuflectente dicitur altâ voce : Pater noster; *reliqua secretò : Deindè altâ voce :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℟. Sed líbera nos à malo.

Deindè

Deindè Chorus alternatìm.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostrî et benedicat nobis : * illúminet vultum suum super nos et misereátur nostrî.

Ut cognoscámus in terrâ viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terrâ dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : confiteántur tibi Pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus ; * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, etc.

Sicut erat in princípio, etc.

Quo finito, dicantur sequentes Preces à Sacerdote, Choro respondente.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram ;

℟. Et prohibítæ sunt plúviæ de cœlo.

℣. Cùm obdúxero núbibus cœlum,

℟. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.

℣. Illústra fáciem tuam Dómine, super servos tuos:

℟. Et bénedic sperántes in te.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

Deindè Sacerdos solus stans dicit:

OREMUS.

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi, et aëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; ut, qui justè pro peccátis nostris afflígimur, misericórdiâ tuâ præveniénte, cleméntiam sentiámus.

Quæsumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam, ut inundántiam coérceas ímbrium, ut hilaritátem vultûs tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte, etc.

℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

PRECES AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

Pulsantur campanæ, et, qui adesse possunt in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, ut suprà, 128. *in quibus bis dicitur :* à fúlgure et tempestáte ; *et post Litanias Orationemque Dominicam dicitur :*

Psalmus 147.

LAUDA Jerúsalem Dominum : * lauda Deum tuum Sion ;

Quóniam confórtavit seras portárum tuárum ; * benedíxit fíliis tuis in te ;

Qui pósuit fines tuos pacem, * et ádipe frúmenti sátiat te ;

Qui émíttit elóquium suum terræ ; * velóciter currit sermo ejus ;

Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit ;

Mittit cristállum suam sicut buccéllas ; * ante fáciem frigóris ejus quis sustinébit ?

Emíttet verbum suum, et liquefáciet ea : * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias et judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni, * et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, etc.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini,

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam;

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster;

℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis;

℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos:

℟. Quemádmodum sperávimus in te.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine;

℟. Et bénedic hæreditáti tuæ.

℣. Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntiâ.

℟. Dómine Deus virtútum, beátus homo qui sperat in te.

℣ Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, avérte.

A DOMO tuâ, quæsumus, Dómine, spirituáles nequítiæ repellántur, et aëreárum discédat malígnitas tempestátum.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplícibus; ut post nóxios ignes núbium et vim procellárum, in misericórdiam tránseat laudis comminátio tempestátum.

DOMINE Jesu, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranquíllitas magna, exáudi preces famíliæ tuæ; et presta ut hoc signo sanctæ Crucis ✠ omnis discédat sævítia tempestátum.

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, qui nos et castigándo sanas, et ignoscéndo consérvas; præsta supplícibus tuis, ut tranquillitátibus optátæ consolatiónis lætémur, et dono tuæ pietátis semper utámur. Per Dóminum nostrum, etc.

Aspergatur aquâ benedictâ.

PRECES DICENDÆ.

Tempore penuriæ et famis.

Aguntur omnia, ut suprà in Litaniis majoribus, pag. 128. *usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur :* Ut fructus terræ dare et conserváre dignéris.

Post Litanias dicitur, Pater noster.

Psalmus 22.

DÓMINUS regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : * et calix meus inébrians quàm præclárus est !

Et misericórdia tua subsequétur me, * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitudinem diérum. Glória Patri, etc.

Deindè dicitur ℣. Dómine, non secúndùm peccáta nostra fácias nobis;

℟. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine;

℟. Et tu das illis escam in témpore opportúno.

℣. Meménto congregatiónis tuæ,

℟. Quam possedísti ab inítio.

℣. Dóminus dabit benignitátem ;
℟. Et terra nostra dabit fructum suum.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Ineffabilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde ; ut simùl nos à peccátis ómnibus éxuas, et á pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Da nobis, quæsumus, Dómine, piæ supplicatiónis efféctum, et famem propitiátus avérte ; ut mortálium corda cognóscant à te indignánte tália flagélla prodíre, et, te miseránte, cessáre.

Populum tibi súbditum, pro peccátis suis fame laborántem, ad te, Dómine, convérte propítius, qui quæréntibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixísti : Qui vivis et regnas, etc.

PROCESSIO TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS.

Fiat ut suprà in Litaniis majoribus, 128. *et in Litaniarum precibus dicatur bis :* A peste et

fame, líbera nos, Dómine; *et infrà suo loco :* Ut à pestiléntiæ flagéllo nos liberáre dignéris.

℟. Te rogámus, audi nos.

In fine Litaniarum dicitur : Pater noster, etc.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in irâ tuâ corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infírmus sum : * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè; * sed tu Dómine úsquequò?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quòniam non est in morte qui memor sit tuî : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo : lavábo per síngulas noctes lectum meum; * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus : * inveterávi inter ómnes inimícos meos.

Discédite á me ómnes, qui operámini iniquitátem, * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur et erubéscant valdè velóciter.

Glória Patri, etc.

Deindè dicitur ℣. Dómine, non secundùm peccáta nostra fácias nobis ;

℟. Neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster ;

℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine ; líbera nos.

℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum :

℟. Citò antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimìs.

℣. Ora pro nobis, sancte Sebastiáne ;

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

ORÉMUS.

EXAUDI nos, Deus salutáris noster ; et, intercedénte beátâ et gloriósâ Dei genitríce Maríâ semper Vírgine, et beáto Sebastiáno Mártyre tuo, et

ómnibus Sanctis, pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ terroribus líbera, et misericórdiæ tuæ fac largitáte secúrum.

PROPITIARE, Dómine, supplicatiónibus nostris, et animárum et córporum medére languóribus, ut, remissióne percéptâ, in tuâ semper benedictióne lætémur.

DA nobis, quæsumus, Dómine, piæ petitiónis effectum, et pestiléntiam mortalitatémque propitiátus avérte; ut mortálium corda cognóscant à te indignánte tália flagélla prodíre, et, te miseránte, cessáre. Per Dóminum nostrum, etc.

PRECES DICENDÆ IN LITANIIS,

TEMPORE BELLI.

Peractis omnibus, ut suprà in Litaniis majoribus, pag. 128 *ad finem Litaniarum dicitur:* Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

Psalmus 45.

DEUS noster refúgium et virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimìs.

Proptéreà non timébimus, dùm túrbábitur terra, * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt et turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus ; non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna : * dedít vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum ; * susceptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram, * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma, * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terrâ.

Dóminus virtútum nobíscum ; * suscéptor noster Deus Jacob. Glória, etc.

℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos,
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine,
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Fiat pax in virtúte tuâ,
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis,
℟. A fácie inimíci.
℣. Arcum cóntere et confrínge arma,

℟. Et scuta combúre igni.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto;

℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui cónteris bella, et impugnatóres in te sperántium poténtiâ tuæ defensiónis expúgnas, auxiliáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam, ut, inimicórum suórum feritáte depréssâ, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Deus, á quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et, hóstium sublátâ formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquílla.

Hostium nostrórum, quæsumus, Dómine, élide supérbiam, et eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc.

¶ *Si verò bellum est contra Turcas et alios Infideles, vel hæreticos, inter preces Litaniarum bis dicatur:* Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, Te rogámus, audi nos. *Et additur:* Ut

Turcárum (*vel* Hæreticórum) conátus reprímere et ad níhilum redígere dignéris, Te rogámus, etc. *et dicto* Pater noster, *dicatur :*

Psalmus 78.

DEUS, venérunt gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum; * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticínia servórum tuórum escas volatílibus cœli; * carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tanquám aquam in circúitu Jerúsalem; * et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris, * subsannátio et illúsio his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequò, Dómine, irascéris in finem? * accendétur velut ignis zelus suus?

Effúnde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, * et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt;

Quia comedérunt Jacob; * et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: citò antícipent nos misericordiæ tuæ, * quia páuperes facti sumus nimìs.

Adjuva nos, Deus salutáris noster, et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos; * et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in géntibus : Ubi est Deus eórum? * et innotéscat in natiónibus, coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est : * intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndùm magnitúdinem bráchii tui, * pósside filios mortificatórum;

Et redde vicínis nostris septuplum in sinu eórum, * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, et oves páscuæ tuæ; * et confitébimur tibi in séculum.

In generatiónem et generatiónem, * annuntiábimus laudem tuam. Glória Patri, etc.

℣. Salvos fac servos tuos,

℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis,

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis;

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Hóstium nóminis tui, Dómine, elíde superbiam;

℟. Et eórum contumáciam dexteræ tuæ virtúte prostérne.

℣. Fiant tanquam pulvis ante fáciem venti;

℟. Et Angelus Dómini persequátur eos.

℣. Effúnde iram tuam in gentes quæ te non novérunt,

℟. Et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto;

℟. Et de Sion tuére nos.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DA, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut, sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenùs incursióne turbétur.

DEUS, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum, réspice in auxílium Christianórum, ut gentes Turcárum, (*seu* Hæreticórum) quæ in suâ feritáte confídunt, déxteræ tuæ poténtiâ conterántur. Per Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Exáudiat nos Dóminus. ℟. Amen.

PROCESSIO IN QUACUMQUE

TRIBULÀTIONE.

Servatis omnibus, ut suprà in Litaniis majoribus, pag. 128. *finitisque Litaniis, dicitur:* Pater noster, etc. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

Deindè dicitur Psalmus. Exáudiat te Dóminus. *ut suprà, die xv. Augusti. vel.*

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu et refúgium meum: * Deus meus, sperábo in eum;

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi, * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus; * non timébis à timóre noctúrno.

A sagíttà volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris, * ab incúrsu et dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, et decem míllia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis, * et retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam

Quóniam tu es, Dómine, spes mea, * altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum, * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te, * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus suis portábunt te, * ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis, * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : * cum ipso sum in tribulatióne, erípiam eum, et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri, etc.

Quo finito, dicitur ℣. Deus, refúgium nostrum et virtus.

℟. Adjútor in tribulatiónibus.

℣. Salvos fac servos tuos, Dómine;

℟. Deus meus, sperántes in te.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.

℟. Miserére nobis.

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster;

℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

NE despícias, omnípotens Deus, pópulum tuum in afflictióne clamántem; sed propter glóriam nóminis tui tribulátis succúrrre placátus.

INEFFABILEM misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde; ut simul nos à peccátis ómnibus éxuas, et à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuà mentis et córporis sanitáte gaudére, et gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsenti liberári tristítiâ, et æternâ pérfrui lætítiâ.


TRIBULATIÓNEM nostram, quæsumus, Dómine, propítius réspice, et iram tuæ indignatiónis, quam justè merémur, avérte.

DEUS, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus auctor ipse pietátis, et præsta, ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte, etc. ℟. Amen.

PRECES DICENDÆ IN PROCESSIONE


PRO GRATIARUM ACTIONE.

Initio Processionis cantatur Hymnus.




Dominus Deus Saba-oth. Pleni sunt
cœ-li et ter- ra * majes-ta-tis glori- æ
tu-æ. Te glori- o- sus * A-posto-lorum
chorus, Te Propheta- rum * laudabi-lis
numerus, Te Martyrum candida- tus *
laudat e- xercitus. Te per orbem terra-
rum * sancta confi-te-tur Eccle-si-a, Pa-
trem * immensæ majes-ta-tis : Venerandum
tu-um ve- rum * et u- nicum Fi- li-um :


Sanctum quoque * Para-cletum Spiritum. Tu
Rex glori-æ, * Christe. Tu Patris * sempi-
ternus es Fi-li- us. Tu ad li-berandum
suscepturus hominem, * non horru-is-ti
Virginis u-te-rum. Tu, devic-to mortis
a- cu-le- o, * a- pe-ru-is- ti creden-ti-bus
regna cœlorum. Tu ad dexteram De-i
sedes, * in glo-ri-â Patris. Judex cre-
de-ris * es-se venturus. Te ergo quæsumus:


famulis tu-is subveni, * quos pre-ti-o-so
sanguine re-de-misti. Æter- nâ fac *
cum sanctis tu-is in glo-ri- â nume-
ra- ri. Salvum fac populum tuum
Do- mi-ne, * et be- ne-dic hære-dì-ta-
tì tu- æ. Et re-ge e- os, * et
ex-tolle il-los usque in æ- ter- num.
Per singulos di-es * bene-di- cimus te.
Et laudamus nomen tuum in se-culum,



Deindè dici poterunt Psalmi qui sequuntur, prout tempus feret.

Psalmus 65.

JUBILATE Deo, omnis terra; psalmum dícite nómini ejus; * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo : quàm terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi; * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte et vidéte ópera Dei : * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, et in flúmine pertransíbunt pede : * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte suâ in æternum; óculi ejus super gentes respíciunt : * qui exásperant, non exalténtur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum; * audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam; * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus : * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro; * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam; * et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis : * reddam tibi vóta mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et

Et locútum est os meum, * in tribulatióne meâ.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso arietum : * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi; * et exaltávi sub linguâ meâ.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptéreà exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, et misericórdiam suam à me.

Glória Patri, etc.

Psalmus 80.

Exultate Deo adjutóri nostro : * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, et date tympanum : * psaltérium jucúndum cum cítharâ.

Buccináte in Neoméniâ tubâ, * in insígni die solemnitátis vestræ.

Quia præcéptum in Israël est, * et judícium Deo Jacob.

Testimónium in Jóseph pósuit illud, cùm exíret de terrâ Ægypti; linguam, quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus : * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: * exaudívi te in abscóndito tempestátis, probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus, et contestábor te: * Israël, si audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terrâ Egypti: * dilâta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam; * et Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndùm desidéria cordis eórum: * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audiísset me, * Israël si in viis meis ambulásset,

Pro níhilo fórsitàn inimícos eórum humiliássem; * et super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * et erit tempus eórum in sécula.

Et cibávit eos ex ádipe frumenti; * et de petrâ melle saturávit eos.

Glória Patri, etc.

Psalmus 95.

CANTATE Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annonciáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitate.

Læténtur cœli, et exúltet terra, commoveátur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit ; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópulos in veritáte suâ.

℣. Glória Patri, etc.

Psalmus 99.

Jubilate Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætitiâ.

Introíte in conspéctu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis; confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus; * in ætérnum misericórdia ejus, et usque in generatiónem et generationem véritas ejus.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui sancto;

Sicut erat in princípio, etc.

Psalmus 102.

Benedic ánima mea Dómino; * et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic ánima mea Dómino; * et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam : * qui corónat te in misericórdiâ et miseratiónibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum; * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus, * et judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * Fílius Israël voluntátes suas.

Miserátor, et miséricors Dóminus: * longánimis, et multùm miséricors.

Non in perpétuum irascétur; * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndùm peccáta nostra fecit nobis, * neque secúndùm iniquitátes nostras retrîbuit nobis.

Quóniam secúndùm altitúdinem cœli à terrâ, * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantùm distat ortus ab occidénte, * longè fecit à nobis iniquitátes nostras.

Quómodò miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se; * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo, sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsístet; * et non cognóscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno; * et usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus,

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam; * et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus : * potentes virtúte faciéntes verbum illíus ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtútes ejus ; * ministri ejus , qui fácitis volontátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus , in omni loco dominatiónis ejus ; * bénedic anima mea Dómino.

Glória Patri , etc.

Psalmus 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes , * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus ; * et véritas Dómini manet in æternum.

Glória Patri , etc.

Psalmus 148.

LAUDATE Dóminum de cœlis ; * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus ; * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum Sol et Luna ; * laudáte eum omnes Stellæ et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum ; * et aquæ omnes quæ super cœlos sunt , laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit , et facta sunt : * ipse mandávit , et creáta sunt.

Státuit ea in æternum, et in séculum séculi: * præceptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terrâ, * dracónes et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles, * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora, * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ, et omnes pópuli, * príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini, * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum et terram, * et exultávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus, * fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri, etc.

Psalmus 149.

CANTATE Dómino cánticum novum: * laus ejus in Ecclésiâ sanctórum.

Lætétur Israël in eo qui fecit eum, * et fílii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo ; * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glóriâ : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum ; * et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus ; * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus , * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscriptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Glória Patri , etc.

Psalmus 150.

Laudate Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cítharâ.

Laudáte eum in tympáno et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cymbális benesonántibus , laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri , etc.

Canticum

Canticum Zachariæ.

Benedíctus Dóminus Deus Israël; * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui:

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui à século sunt, Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris, * et memorári testaménti sui sancti:

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis,

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi,

In sanctitáte et justítiâ coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis, * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus;

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri, * in quibus visitávit nos óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris et in umbrâ mortis sedent, * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, etc.

Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt. Deindè in Ecclesiâ, ubì fit statio, ante altare dicuntur sequentes Versus et Orationes.

℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum;

℟. Et laudábilis et gloriósus in sécula.

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

℣. Benedíctus es, Dómine Deus, in firmaménto cœli,

℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sécula.

℣. Bénedic ánima mea Dómino,

℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus; piíssimæ majestáti pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens ad præmia futúra dispónas.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritûs illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Deus, qui néminem in te sperántem nímiùm afflígi permíttis, sed pium précibus præstas audítum, pro postulatiónibus nostris votísque suscéptis grátias ágimus, te piíssimè deprecántes, ut à cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum, etc.

IN PROCESSIONE DE TRANSLATIONE

SACRARUM RELIQUIARUM INSIGNIUM.

Ecclesia et viæ per quas transeundum est, quàm fieri potest decentiùs ornentur; Sacerdos et Ministri, vestibus induti albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, exposcunt, et cum luminaribus accensis, omnes procedant decantantes Litanias cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiæ deferuntur, et Hymnum : Te Deum. p. cvij *et Ps.* Laudáte Dóminum de cœlis p. cxviij, *cum duobus seq. Item Responsorium et Hymnos de Proprio, vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.*

OFFICIUM

DEFUNCTORUM.

Dicitur in Choro in die Depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate, et Ecclesiarum consuetudine. In die autem depositionis, et tertio, septimo, et Anniversario duplicantur Antiphonæ, et in fine Psalmorum dicitur : Réquiem ætérnam dona eis Dómine ; Et lux perpétua lúceat eis. *etiamsi pro uno tantùm fiat Officium. Ad Vesperas absolutè incipitur ab Antiphonâ :*



Placebo Do-mi-no. E u o u a e. 3. *ton.*

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Qui inclinávit aurem suam mihi ; * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis ; * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni ; * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam : * misericors Dóminus et justus, et Deus noster miserétur.


Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum et liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; * quia Dóminus benefécit tibi.


Qui erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino, * in regióne vivórum.


Réquiem æternam, etc.



Ant. Placebo Do-mi-no, in re-gi-



o- nę vi- vorum.



Ant. Heu mi- hi. E u o u a a. 2. *toni.*

Psalmus 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * et à linguâ dolósâ.


Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est! habitávi cum habitántibus Cedar : * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Réquiem ætérnam, etc.



Psalmus 120.

Levavi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dórmitet, qui custódit te.

Eccè non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israël.


Dóminus custódit te; Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, et exítum tuum, * ex hoc nunc et usque in séculum.

Réquiem ætérnam, etc.




Ant. Do- minus custo-dit te ab omni



ma- lo, custo-di-at a- ni-mam tu- am



Dominus.



Ant. Si i- ni-quita- tes. E u o u a e. 7. *t.*

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te, Dómine; * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, * Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiátio est ; * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódiâ matutínâ usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.


Quia apud Dóminum misericórdia, * et copiósa apud eum redémptio.


Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam, etc.

Antiphona.







Psalmus 137.

CONFITÉBOR tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nomini tuo.

Super

Super misericórdiâ tuâ et veritáte tuâ; * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quâcumque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánimâ meâ virtútem.


Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus et humília réspicit, * et alta à longè cognóscit.

Si ambulávero in medio tribulatiónis, vivificábis me; * et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine, misericórdia tua in séculum ; ópera mánuum tuárum ne despícias. Réquiem ætérnam, etc.



Ant. O- pe-ra manuum tu- a-rum, Domi-



ne, ne des- pi- ci-as. ℣. Audi-vi




vocem de cœlo dicentem mi- hi :



℟. Be-a- ti mortu-i, qui in Domino

r





Canticum.

MAGNÍFICAT * ánima mea Dóminum :

Et exultávit Spíritus meus * in Deó salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ : * eccè enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes :

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.


Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.


Esuriéntes implévit bonis, * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël puérum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini ejus in sécula.

Réquiem ætérnam, etc.





Sequentes preces dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes. Pater noster. *reliqua secretò, et altâ voce* ℣. E ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos á malo.

Psalmus 145.

LAUDA, ánima mea, Dóminum : laudábo Dóminum in vitâ meâ; * psallam Deo meo quámdiù fuéro.

Nolíte confídere in Princípibus, * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illâ die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beàtus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum et terram, mare et ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in séculum, fácit judícium injúriam patiéntibus, * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compéditos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos : * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas : pupíllum et víduam suscípiet, * et vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sécula : * Deus tuus, Sion, in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérnam, etc.

Cujus loco ad Laudes dicitur Psalmus De profúndis, *ut suprà* cxxvij. *qui Psalmi non dicuntur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, nec in die obitûs, seu depositionis, tertio, septimo, trigesimo et Anniversario alicujus Defuncti : sed dicto* Pater noster, *dicuntur sequentes Preces.*

℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

In die Obitûs, seu Depositionis Defuncti.

ORÉMUS.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánimâ fámuli tui

N. (*vel* fámulæ tuæ *N.*) quam hódiè de hoc século migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem; sed júbeas eam à sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam Paradísi perdúci; ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. Per Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Vel sequens. ORÉMUS.

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (*vel* famulæ tuæ *N.*) ut defúnctus (*vel* defúncta) século tibi vivat, et, quæ per fragilitátem carnis humánâ conversatióne commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

In die tertio, septimo et trigesimo Depositionis Defuncti.

ORÉMUS.

Quæsumus, Dómine, ut ánimæ fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ túæ *N.*) cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum *vel* trigésimum) commemorámus, Sanctórum atque Electórum tuórum largíri dignéris consórtium, et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum nostrum, etc.

Anniversario unius, vel plurimorum Defunctorum.

OREMUS.

Deus indulgentiárum Dómine, da animæ fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*) (*vel* animábus famulórum, famulárumque tuárum) cujus (*vel* quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dómiuum, etc.

Aliæ Orationes diversæ pro Defunctis.

Pro summo Pontifice Defuncto.

OREMUS.

Deus, qui inter summos Sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tuâ dispositióne connumerári voluísti, præsta, quæsumus, ut, qui Unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, Sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem, etc.

Pro Defuncto Episcopo. OREMUS.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Pontificáli fecísti dignitáte vigére, præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggrégetur consórtio. Per Dóminum nostrum, etc.

Si fuerint plures, Oratio dicatur in numero plurali.

¶ *Pro Episcopo Cardinale defuncto, dicatur:* Fámulum tuum *N.* Epíscopum Cardinálem Pontificáli fecísti dignitáte, etc.

¶ *Pro Presbytero Cardinale dicatur:* Fàmulum tuum *N.* Presbyterum Cardinálem Sacerdotáli fecísti, etc.

¶ *Pro Diacono autem Cardinale dicitur Oratio.* Inclína, Dómine, *quæ habetur paulò infrà, hoc modo*, ut ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális, quam de hoc século, etc.

Pro defuncto Sacerdote.

OREMUS.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére, præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum, etc.

Vel sequens. ORÉMUS.

Præsta, quæsumus, Dómine, ut ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quam in hoc século commemorántem sacris munéribus decorásti, in cœlésti sede gloriósa semper exúltet. Per Dóminum, etc.

Pro uno Defuncto. ORÉMUS.

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur,

ut ánimam fámuli tui *N.* quam de hoc século migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum, etc.

Pro unâ Defunctâ. ORÉMUS.

QUÆSUMUS, Dómine, pro tuâ pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* et à contágiis mortalitátis exútam in æternæ salvatiónis partem restitue. Per Dóminum nostrum, etc.

Pro Defunctis Fratribus, Propinquis, et Benefactoribus.

ORÉMUS.

DEUS véniæ largítor, et humánæ salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ Congregatiónis Fratres, Propínquos et Benefactóres, qui ex hoc século transiérunt, beátâ Maríâ semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum, etc.

Pro fidelibus Defunctis, generalis Oratio.

ORÉMUS.

FIDÉLIUM Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famulárumque tuárum remissiónem sanctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam,

dulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

In die verò Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quandò dicitur hæc ultima tantùm Oratio, dicatur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

¶ *Primâ die cujusque mensis extra tempus Paschale, et Feriâ secundâ cujuslibet hebdomadæ in Adventu et Quadragesimâ, non impeditâ Festo novem Lectionum, dicitur Officium Defunctorum; et in Precibus, dicto Psalm.* Lauda ánima. pag. cxxxj., *et* De profúndis, pag. cxxvj. *cum* ℣. Réquiem ætérnam dona, etc. *dicuntur sequentes Preces.*

℣. A portâ ínferi
℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli, fecísti dignitáte

vigére, præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deindè, Deus véniæ, etc., *ut suprà*, p. cxxxvj.

Posteà, Fidélium Deus, *sub solâ conclusione:* Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Postremò dicitur in fine cujuscumque Orationis.


℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine;


℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.


AD MATUTINUM,

Invitatorium.




o- ne, et in psalmis ju-bi-le-mus e- i.
Re- gem. Quoniam De- us magnus Dominus,
et Rex magnus su-per omnes Deos,
quoni-am non re-pellet Dominus plebem
su-am: quia in manu e-jus sunt
omnes fi-nes ter-ræ, et al- ti- tu-di-nes
mon-ti-um ip-se conspi- cit. Ve-ni-te.
Quoni-am ip-si- us est mare, et ip-se
fe-cit il-lud, et a- ri-dam funda-verunt


manus e-jus: Ve-ni-te, a-do-re-mus, et proci-
damus ante De-um; ploremus co-ram Domi-
no qui fe-cit nos, quia ip-se est
Dominus Deus noster, nos autem popu-
lus e- jus, et o-ves pascu-æ e- jus.
Re-gem. Hodi- è si vocem e- jus au-di-
e-ri-tis, no-li-te obdu-ra-re corda vestra,
si-cut in e- xa-cerba-ti- o-ne, secundùm
diem tenta- ti- o-nis in de-serto, u-bi


tenta-verunt me patres ves-tri, probave-
runt et vi-de- runt o- pe-ra me-a.
Ve-ni-te. Quadraginta an-nis proximus
fu-i ge-ne-ra- ti- o- ni hu-ic, et di- xi:
semper hi er-rant corde: ip- si ve-rò
non cognoverunt vi- as me-as; quibus
ju-ra- vi in i- râ me-â, si intro- i- bunt
in re-quiem meam. Re-gem cu- i. Re-
quiem æ-ternam dona e- is, Domine,








Hoc invitatorium dicitur tantùm in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et in die Obitûs, seu Depositionis Defuncti, tertiâ, septimâ, trigesimâ, Anniversario; quibus diebus dicuntur tres Nocturni et Antiphonæ duplicantur. Aliis verò temporibus dicitur tantùm unum Nocturnum cum Laudibus hoc ordine. Feriâ ij. et v. primum Nocturnum. Feriâ iij. et vj. secundum Nocturnum. Feriâ iv. et Sabbato, tertium Nocturnum.

IN PRIMO NOCTURNO.



Psalmus 5.

VERBA mea áuribus pércipe, Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine, manè exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi et vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus; * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem; * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine miserisórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítiâ tuâ: * propter inimícos meos dírige in conspectu tuo viam meam.


Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.


Sepúlchrum patens est guttur eórum; linguis suis dolósè agébant; * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis; secúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos; * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces justo.





Psalmus 7.

DOMINE Deus meus, in te sperávi : * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequándò rápiat ut leo ánimam meam, * dùm non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis,

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inanis :

Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terrâ vitam meam, * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exúrge, Dómine, in irâ tuâ ; * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge, Dómine Deus meus, in præcepto quod mandásti ; * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, secúndùm justítiam meam ; * et secúndùm innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes, Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis et pátiens : * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrávit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.


Eccè partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et pepérit iniquitátem.


Lacum apéruit, et effódit eum ; * et íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.


Confitébor Dómino secúndùm justítiam ejus; * et psallam nómini Dómini Altíssimi.

Réquiem ætérnam, etc.





℣. A portâ in- fe-ri. ℟. E- ru-e, Domi-




ne, a- nimas e- o- rum.

Pater noster. *totum secretò, et Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictione, et sine titulo.*


Lectio j. Job. 7.

PARCE mihi, Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbitò probas illum. Usquequò non parcis míhi, nec dimíttis me ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, ô custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Eccè nunc in púlvere dórmiam; et si manè me quæsíeris, non subsístam.


Responsorium 8. *toni.*



CRE- DO quòd Redemptor meus




vi- vit, et in no-vissi-



mo di- e de ter- râ
surrec- tu- rus sum, * Et
in car- ne me- â vi-de- bo
Deum Salva-to- rem
me- um. ℣. Quem vi-surus sum
e- go ip-se, et non
a- li- us, et o- cu-li me- i cons-
pec- tu- ri sunt.
* Et in.

Lectio ij. Job. 10.

TÆDET ánimam meam vitæ meæ : dimíttam advérsùm me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo : Noli me condemnáre ; índica mihi cur me ita júdices? Numquid bonum tibi vidétur si calumniéris me, et ópprimas me opus mánuum tuárum, et consílium impiórum adjúves? Numquid óculi cárnei tibi sunt; aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cùm sit nemo qui de manu tuâ possit erúere.

Responsorium 4. toni.







Lectio iij. Job. 10.


Manus tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu, et sic repéntè præcípitas me. Meménto, quæso, quòd sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonnè sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti! Pelle et cárnibus vestísti me, óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

Responsorium 8. *toni.*







con-dem-na- re.



* Qui-a. ℣. Re- quiem




æ- ter-nam dona e- is, Do- mi-



ne : et lux perpe- tu-a lu-



ce-at e- is.




* Qui-a.

IN SECUNDO NOCTURNO.




Ant. In lo-co pascuæ. E u o u a e. 8. *t.*

Psal. Dóminus Regit me. *suprà*, pag. xciv. *cum* Réquiem *in fine.*



Ant. In lo-co pascuæ i- bi me collocavit.



collo-ca-vit.



Ant. Delic- ta. E u o u a e. 8. *toni.*

Psalmus 24.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus in te confído; non erubéscam.

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim univérsi qui sústinent te non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi; * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tuâ et doce me; * quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui totâ die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum quæ à século sunt.

Delícta juventútis meæ, * et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm misericórdiam tuam meménto meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in viâ.

Díriget mansuétos in judício: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in viâ quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur; * et semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum; * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére meî; * quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam et labórem meum; * et dimítte univérsa delícta mea.


Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam et érue me: * non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhæsérunt mihi; * quia sustínui te.

Líbera, Deus, Israël * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Réquiem ætérnam, etc.



Psalmus 26.

DOMINUS illuminátio mea, et salus mea : * quem timébo ?

Dóminus protéctor vitæ meæ : * à quo trepidábo?

Dùm appròpiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt et occidérunt.

Si consístant advérsùm me castra, * non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsùm me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram; * ut inhábitem in domo Dómini, ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo : * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petrâ exaltávit me : * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : * cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, quâ clamávi ad te; * miserére meî, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me : * ne declínes in irâ à servo tuo.

Adjútor meus esto, ne derelínquas me : * neque despícias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus et mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in viâ tuâ; * et dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me; * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.


Credo vidére bona Dómini, * in terrâ vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age; * et conforté-

tur cor tuum, et sústine Dóminum. Réquiem ætèrnam, etc.



Ant. Cre-do vide- re bona Do- mi-ni




in terrâ vi- ventium.

℣. Cóllocet eum Dóminus cum princípibus,
℟. Cum princípibus pópuli sui.
Pater noster, etc. *totum secretò.*


Lectio iv. Job. 13.

RESPÓNDE mihi : quantas hábeo iniquitátes, et peccáta, scélera mea atque delícta ostende mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, ostendis poténtiam tuam, et stípulam siccam persèqueris; scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur à tineâ.

℟ 2 *t.*




ME-MEN-TO me- î, De-




Lectio v. Job. 14.

HOMO natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquàm in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super

hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium. Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Récede páululùm ab eo ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.







Lectio vj. Job. 14.

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recordéris meî? Putásne mortuus homo rursùm vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: Operi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.


Ne


℟ 6 t.
NE re-cor- de- ris pec- ca-ta
me- a, Do- mine, * Dùm ve-
ne-ris ju-di-ca- re se- culum
per ig- nem. ℣. Di- ri-
ge, Do- mi-ne Deus
me- us, in conspectu tu-o vi-
am me- am. * Dùm ve-
ne-ris ℣. Re- quiem æ-ter-
nam do-na e- is, Do- mi-ne,

V




et lux perpe- tu- a lu- ce-at



e- is. * Dùm ve- ne-ris.

IN TERTIO NOCTURNO.



Ant. Com-pla-ce- at. E u o u a e. 2. *t.*

Psalmus 39.

EXPÉCTANS expectávi Dóminum ; * et intendit mihi.

Et exaudívit preces meas , * et edúxit me de lacu misériæ et de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos , * et direxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum , * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi et timébunt , * et sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini spes ejus ; * et non respéxit in vanitátes , et insánias falsas.

Multa fecisti tu , Dómine Deus meus , mirabília tua ; * et cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, et locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti; * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti; * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in Ecclésiâ magnâ: * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo: * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam et veritátem tuam, * à concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fácias miseratiónes tuas à me: * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei; * et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et revereántur simùl, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsùm et revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent et læténtur super te omnes quæréntes te, * et dicant semper, Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper : * Dóminus sollícitus est meî.

Adjútor meus et protéctor meus tu es : * Deus meus, ne tardáveris.

Réquiem ætérnam, etc.




Ant. Compla-ce-at ti-bi, Do-mine, ut



e- ri-pi-as me: Do-mine, ad ad-ju-



van-dum me respi-ce.



Ant. Sa-na, Domine. E u o u a e. 2. *t.*

Psalmus 40.

BEATUS qui intélligit super egénum et páuperem : * in die malâ libérabit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terrâ; * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére meî: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * quandó moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras; * et loquebátur in idípsum.

Advérsùm me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsùm me: * numquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miserére meì, et resùscita me: * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me, * quóniam non gaudebit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti, * et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel á século et usque in séculum: * fiat, fiat.

Réquiem æternam, etc.



Psalmus 41.

QUEMADMODUM desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dùm dícitur mihi quotídiè: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam; * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad Domum Dei.

In voce exultatiónis et confessiónis, * sonûs epulántis.

Quare tristis es, ánima mea, * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhùc confitébor illi: * salutáre vultûs mei et Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbáta est: * proptéreà memor ero tuî de terrâ Jordanis, et Hermoniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ : * dicam Deo : suscéptor meus es.


Quare oblítus es meî ? * et quare contristátus incédo, dùm afflígit me inimícus ?

Dùm confringúntur ossa mea ; * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dùm dicunt mihi per síngulos dies, ubì est Deus tuus ? * quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhùc confitébor illi : * salutáre vûltus mei, et Deus meus.

Réquiem ætérnam, etc.






℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi ;


℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscaris in finem.

Lectio vij. Job. 17.


SPÍRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi super est sepulchrum. Non peccávi, et amaritúdinibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursùm post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi : Pater meus es ; mater mea et soror mea, vérmibus. Ubì est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam meam quis consíderat ?

Responsorium 8. *toni.*





timor




Lectio viij. Job. 19.

PELLI meæ, consùmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelícta sunt tantúmmodò lábia circà dentes meos. Miserémini meî, miserémini meî, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit

me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det ut exaréntur in libro stilo ferréo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quòd redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terrà surrectúrus sum, et rursùm circumdábor pelle meâ, et in carne meà vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Responsorium 8. *toni.*






Lectio ix. Job. 12.

QUARE de vulvâ eduxísti me? Qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret. Fuíssem

quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululùm dolórem meum; ántequàm vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine, terram misériæ et tenebrárum, ubì umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.


Responsorium I. *toni.*






Sequens Resp. dicitur solummodò in die Commemorat. omnium Fidelium Defunct. et quandocumquè pro Defunct. dicuntur novem Lectiones.

Responsorium 2 toni.





AD LAUDES,

Absolutè incipitur.



Psalmus 50.

Miserére meî, Deus, * secúndùm magnam misericórdiam tuam :

Et, secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte meâ, * et à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum caram te feci; * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cùm judicáris.

Eccè enim in iniquitátibus concéptus sum; * et in peccátis concépit me mater mea.

Eccè enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam, * et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tuâ, * et spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, * et spíritu principáli confírma me.

Docébo

Docébo íniquos vias tuas ; * et ímpii ad te convertént<u></u>nr.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ; * et exaltábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * et os meum annuntiábit laudem tuam.


Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bonâ voluntáte tuâ Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam, etc.



Psalmus 64.

Te decet hymnus, Deus, in Sion; * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos ; * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ : * sanctum est templum tuum , mirábile in æquitáte.

Exáudi nos , Deus , salutáris noster , * spes ómnium fínium terræ , et in mari longè.

Præparans montes in virtúte tuâ , accinctus poténtiâ : * qui contúrbas profúndum maris , sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes , et timébunt , qui habitant términos , à signis tuis : * éxitus matutíni et véspere delectábis.

Visitásti terram , et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis : parásti cibum illórum ; * quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria , multíplica genimina ejus : * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.


Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ ; * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti , * et exultatióne collos accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium , et valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam , etc.





Psalmus 62.

Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: * quàm multiplíciter tibi caro mea!

In terrâ desértâ, et ínviâ, et inaquósâ, * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vitâ meâ: * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: * et labiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuì super stratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuísti adjútor meus.

Et in velamento alárum tuárum exultábo; * adhæsit ánima mea post te : me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam; introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex veró lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostrì, et benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostrî.

Ut cognoscámus in terrâ viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terrâ dírigis.


Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam, etc.



Ant. Me sus-ce- pit dexte-ra tu-a,





Canticum Ezechiæ.

Ego dixi : in dimídio diérum meórum, * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum : * dixi, non vidébo Dóminum Deum in terrâ vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultrá, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est à me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velut à texénte vita mea, dùm adhùc ordírer, succídit me; * de manè usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad manè : * quasi leo sic contrivit ómnia ossa mea.

De manè usque ad vésperam fínies me : * sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditàbor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélso.

Dómine, vim pátior, respónde pro me : * quid respondébit mihi, cùm ipse fécerit ?

Recogitábo tibi omnes annos meos, * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, et in tálibus vita spiritûs mei, corrípies me et vivificábis me: * eccè in pace amaritúdo mea amaríssima.


Tu autem eruísti ánimam meam, ut non períret: * projecísti post tergum tuum ómnia peccata mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt, qui descéndunt in lacum, véritátem tuam.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego hódiè: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac; * et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.


Réquiem ætérnam, etc.



Ant. A por- tâ in- fe- ri e- ru-e,



Do- mine, a- ni-mam meam.



Ant. Omnis spi- ri- tus. E u o u a e. 7. *t.*

Psal. Laudáte Dóminum de cœlis, p. *cxviij* *cum duobus sequentibus*, *cum* Réquiem *in fine.*

Antiphona.



Omnis spi- ri-tus lau- det Dominum.

℣. Audívi vocem de cœlo dicéntem mihi:

℟. Beàti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Benedictus, Antiphona.




E-go sum. E u o u a e. 2. *toni.*

Canticum Zachariæ.

Benedíctus Dóminus Deus Israël, *pag. cxxj*, *cum* Réquiem *in fine.*

Antiphona.




E- GO sum resurrec-ti-o et vi- ta:



qui cre- dit in me, e- ti-am-si mor-



tu-us fu- e- rit, vi-vet: et om- nis



Deindè Pater noster, etc. *reliqua secretò. Psalmus* De profúndis. *ut suprà*, pag. *cxxvij. cum Prècibus et Orat. prout postulat Officium*, *ut suprà in fine Vesp.* pag. *cxxxij.*

EXEQUIARUM ORDO.

Constituto *tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii qui funeri interesse debent, et in Parochialem vel aliam Ecclesiam juxta loci consuetudinem, ordine conveniant; ac datis certis campanæ signis, eo modo et ritu quo in eo loco fieri solet, Parochus indutus superpellicco, et stolâ nigrâ, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico præferente Crucem medio inter Ceroferarios, et alio vas aquæ benedictæ cum aspersorio, ad domum defuncti unà cum aliis procedit, distribuuntur cerei, et accenduntur intortitia. Mox ordinatur Processio, præcedentibus Laïcorum Confraternitatibus, si adsint. Tùm sequitur Clerus Regularis et Secularis per ordinem, binique procedunt, prælatâ Cruce, devotè Psalmos ut infrà decantantes, Parocho*

Parocho præcedente feretrum cum luminibus, indè sequuntur alii funus comitantes, et pro Defuncto Deum ritè deprecantes sub silentio.

Parochus vèro, antequàm cadaver efferatur, illud aspergit aquâ benedictâ; mox incipitur Antiphona. Si iniquitátes. *Deindè Psalmus* De profúndis clamávi, etc. *ut suprà*, pag. cxxvij. *et in fine* Réquiem ætérnam dona ei, Dómine, et lux perpétua lúceat ei. *Tùm integra dicitur Antiphona* Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit? *Deindè cadaver effertur, Parochusque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiphonam* Exultábunt Dómino. *et Cantores inchoant Psalmum* Miserére meî, Deus, etc. *ut suprà*, pag. clxxvj. *Clero alternatim prosequente: at, si longitudo itineris postulaverit, dicantur alii Psalmi ex Officio Defunctorum, et in fine cujuslibet Psalmi dicitur:* Réquiem ætérnam dona ei, Dómine, etc. *qui Psalmi devotè, distinctè, gravique voce decantari debent usque ad Ecclesiam.*


Ad ingressum Ecclesiæ repetitur Antiphona Exultábunt Dómino. *ut suprà*, pag. clxxvij. *Deindè Ecclesiam ingressi, cantant sequens Responsorium, Cantore incipiente, et Clero prosequente.*

Responsorium 4. toni.



S UB-VENI- TE; Sancti De- i; OC-


cur- ri- te , Ange- li Do- mi-
ni , * Susci- pi-entes a- nimam e- jus ,
✠ Offerentes e- am in conspectu
Al- tis- si- mi. ℣. Susci-pi- at
te Christus , qui vo-
ca- vit te ; et in sinum A-
brahæ An- ge-li de- du-
cant te. * Susci- pi-en-tes. ℣. Re- qui-
em æ-ter- nam do-na



Deposito feretro in medio Ecclesiæ, ita ut defuncti pedes, si fuerit Laïcus, sint versùs Altare majus, si verò fuerit Sacerdos, caput sit versùs ipsum Altare, et cereis acsensis circa corpus, statim, nisi quid impediat, dicatur Officium Defunctorum cum tribus Nocturnis et Laudibus, et duo ex Clero incipiant absolutè Invit. Regem cui ómnia, etc. *cum Psalmo* Veníte exultémus, etc. *ut suprà habetur*, pag. cxxxiv. *et duplicantur Antiphonæ.*

Ad finem Officii post Antiphonam Cantici Benedíctus, Ego sum resurréctio, *dicitur* Pater noster, *reliqua secretò : deindè altâ voce* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A portâ ínferi,

℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam,

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) ab omni vinculo delictórum, ut, in resurrectiónis gloriâ, inter sanctos et eléctos tuos, resuscitátus (*vel* resuscitáta) respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


Dùm in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum Ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro Defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die Depositionis in Missali Romano.

Finitâ Missâ, Sacerdos, factâ Cruci reverentiâ, se retrahit ad cornu Epistolæ, et depositâ Casulâ seu Planetâ et Manipulo, Ministrorum auxilio, accipit pluviale nigri coloris; et Subdiaconus, deposito Manipulo, medius inter Acolythos cum candelabris et cereis accensis, accipit et defert Crucem sicut in Processionibus, et accedit ante Altare, præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum thuribulo in dexterâ, et naviculâ in sinistrâ, alio, ad sinistram Thuriferarii, vas aquæ benedictæ cum aspersorio dexterâ, sinistrâ verò Rituale, vel hunc librum pectori admotum, deferente. Qui factâ Altari genuflexione pergunt ad feretrum, subsequente Subdiacono cum Cerofera-

riis, sine genuflexione: posteà Clerus cum cereis accensis, postremò Celebrans solus operto capite, et Diaconus sine Manipulo à sinistris ejus, factâ priùs ab omnibus genuflexione sanctissimo Sacramento, subsequuntur. Subdiaconus vero cum Cruce et Ceroferariis accedit ad feretrum, et se sistit ad caput Defuncti cum Cruce, medius inter duos Ceroferarios et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo et stant in circuitu feretri: tum Celebrans cum Diacono à sinistris assistente, sistit se contra Crucem ad pedes Defuncti, tantillùm à parte Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat, retrò extantibus ei à sinistris duobus Acolythis, uno cum thuribulo, altero cum vase aquæ benedictæ et libro; deindè, Acolytho seu Clerico tenente librum, Celebrans, detecto capite, absolutè dicit ex eo sequentem Orationem.

NON intres in judícium cum servo tuo (*vel* ancíllâ tuâ) Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio; non ergo eum (*vel* eam), quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem (*vel* quam) tibi vera supplicátio fídei christiánæ commendat; sed, grátiâ tuâ illi succurénte, mereàtur evádere judícium ultiónis, qui (*vel* quæ) dùm víveret, insignítus (*vel* insigníta) est signáculo sanctæ Trinitátis. Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Deindè Cantores incipientes et Clerus circumstans cantant Responsorium. Libera me, Dómine, *ut suprà*, pag. clxxij *Sub finem prædicti.* ℟. *Sacerdos, Diacono ministrante naviculam, Acolytho præbente thuribulum, in illud ponit incensum cum benedictione; et finito Responsor. Cantores cum primo Choro dicunt:*



Secundum Chorus respondet.



Mox celebrans altâ voce dicit: Pater noster.

Et secretò dicitur ab omnibus: interim ipse accipit à Diacono aspersorium aquæ benedictæ, sine manûs osculo, et factâ genuflexione SS. Sacramento, si sit in Tabernaculo, cum Diacono pluvialis fimbrias à dexteris sublevante circumiens feretrum, et incipiens à suâ parte dextrâ, corpus defuncti ter aspergit in utrâque parte laterali, et cùm transit ante Crucem processionalem, Diacono genuflectente, profundè se inclinat. Deindè reversus ad locum suum, reddito aspersorio Diacono ministro, ab eodem accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum et corpus incensat, ut asperserat; posteà reddito thuribulo Diacono, stans

in loco suo, ministro tenente librum apertum ante se, junctis manibus, dicit :

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A portâ ínferi;

℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritû tuo.

OREMUS.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánimâ fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*) quam hódiè de hoc século migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem; sed júbeas eam à sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci : ut, quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia sempitérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si Defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur, pro ánimâ fámuli tui. *N.* Sacerdótis. *Finitâ Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit, et dùm portatur, Clerici cantant Antiphonam.*



Cùm autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdotos illud benedicit dicens:

OREMUS.

DEUS, in cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque

eisque sánctum Angelum tuum députa custódem, et quorumcúmque córpora hìc sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dictâ Oratione, Sacerdos aquâ benedictâ aspergat, deindè incenset corpus defuncti et tumulum.

Quòd si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omissis Antiphonâ et benedictione sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur Officium ut infrà quod numquam omittitur, et Sacerdos intonet Antiphonam. Ego sum. *ut suprà, clxxxiij; deindè Cantores incipiant Canticum.* Benedictus. *ut suprà, cxxj; quo peracto, et Antiphonâ finitâ, Sacerdos dicit,* Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. *Et interìm corpus aspergit. Deindè dicit:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem,
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam,
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Fac, quæsumus, Dómine, hanc cum servo tuo defuncto (*vel* fámulâ tuâ defúnctâ) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (*vel* quæ) tuam in votis ténuit voluntátem; ut, sicut hìc eum (*vel* eam) vera fides junxit fidélium turmis, ita illìc eum (*vel* eam) tua miserátio sóciet Angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine;

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

℣. Anima ejus, et ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deindè à sepulturâ in Ecclesiam vel in Sacristiam revertentes dicant sine cantu Antiphonam. Si iniquitátes, etc., *cum Psalmo*, De profúndis, *et Versu* Réquiem ætérnam, etc. *in fine.*

Si verò ob rationabilem causam, videlicet ob temporis angustiam, vel aliorum funerum instantem necessitatem, prædictum Officium Defunctorum cum tribus Nocturnis et Laudibus dici non potest, deposito in Ecclesiâ feretro cum corpore, dicatur saltèm primum Nocturnum cum Laudibus, vel etiam sine Laudibus, maximè ubi ejusmodi viget consuetudo, incipiendo ab Invitator.

Regem qui ómnia vivunt. *Et posteà omnia alia dicantur quæ suprà præscripta sunt dicenda post Officium Defunctorum et Missam. Quòd si etiam ea fuerit temporis augustia, vel alia urgens necessitas, ut unum Nocturnum cum Laudibus dici non possit, aliæ prædictæ Preces et Suffragia nunquàm omittantur. Missa verò, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitûs, præsente corpore non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat, et post Missam fiat ut suprà.*

De Absolutione post Missam solemnem, absente Defuncti corpore, et in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario faciendâ.

SI *faciendæ sint Exequiæ, absente corpore, eo die quo benè visum fuerit in Ecclesiâ dicatur Officium Defunctorum cum tribus Nocturnis et Laudibus, Antiphonis duplicatis, vel saltèm unum Nocturnum cum tribus Lectionibus et Laudibus et Missâ.*

Finitâ Missâ, Celebrans cum Ministris, factâ Cruci reverentiâ, retrahit se ad cornu Epistolæ, ibique exuitur Casulâ et deposito manipulo, Ministrorum auxilio, accipit pluviale nigrum; Subdiaconus, deposito Manipulo, medius inter Acolythos cum candelabris et cereis accensis, defert

Crucem sicut in Processionibus, præcedentibus duobus aliis Acolythis, factâ priùs genuflexione SS. Sacramento; uno cum thuribulo in dexterâ et navicula in sinistrâ, alio ad sinistram Thuriferarii vas aquæ benedictæ et aspersorium dexterâ, sinistrâ verò Rituale, vel hunc librum pectori admotum, deferente. Deindè Subdiaconus cum Ceroferariis, sine genuflexione; posteà Clerus cum cereis accensis; postremò Celebrans solus, operto capite, et Diaconus sine Manipulo à sinistris ejus, factâ priùs ab omnibus genuflexione SS. Sacramento, subsequuntur. Subdiaconus cum Cruce et Ceroferariis sistit se ad pedes tumuli seu lecticæ mortuorum contra Altare: Clerus circumstat; Celebrans verò, detecto capite, ex aliâ parte in capite loci inter Altare et tumulum aliquantùm versùs cornu Epistolæ sistit, ita ut Crucem Subdiaconus respiciat; à sinistris ejus Diaconus, et retrò post eum et Celebrantem alii duo Acolythi deferentes thuribulum et vas aquæ benedictæ. Interim cantatur. ℟. Líbera me, Dómine, *ut suprà,* pag. *clxxij et circa finem illius, Celebrans ter ponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito, Diacono à dextris ministrante naviculam; et finito.* ℟. *dicitur* Kyrie, éleison. *Ut suprà, cxc. Quo peracto, Celebrans incipit intelligibili voce,* Pater noster, *et secretò prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi sine*

manûs osculo, et, factâ Altari reverentiâ, comitante eodem Diacono à dextris, et tenente fimbriam anteriorem pluvialis, circumiens tumulum aspergit illum aquâ benedictâ, ter à suâ parte dextrâ, et ter à sinistrâ. Cùm transit ante crucem profundè se inclinat, Diaconus verò genuflectit; deindè reversus ad locum suum, reddito aspersorio Diacono, de manu ejusdem Diaconi accipit thuribulum, et eodem modo quo asperserat incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono à sinistris tenente librum apertum ante se, junctis manibus dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui *N.* (*vel* fámulæ tuæ *N.*) ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectiónis glóriâ, inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus (*vel* resuscitáta) respíret. Per Christum Dóminum nostrum, etc.

Deindè celebrans manu dexterâ benedicens tumulum, dicit : ℣. Réquiem ✠ ætérnam dona ei, Dómine ; ℟. Et lux perpétua lúceat ei.

Et dicto per Cant. Requiéscat in pace. ℟. Amen. *præcedent. Acolytis de thuribulo, de vase, Cruce, et Clero, redit ad Sacristiam.*

Si fuerit Episcopus vel Sacerdos in prædictâ Oratione exprimetur nomen dignitatis, etc.

Prædictus autem Officii ritus pro Defunctis adultis, tam Sacerdotibus et Clericis quàm Sæcularibus et Laïcis, servari debet in Officio sepulturæ in die depositionis, sive in die 3. 7. 13. *et anniversario.*

In die verò Comm. omnium Fidelium Defunct. et quandò fit Offic. pro plur. Defunctis, dicto ℟. Líbera me, pag. *clxxij. et* Kyrie, eléison, *et factâ aspersione et thurificatione, ut suprà*, pag. *cxcvj. Celebrans, junctis manibus, dicit :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimas eorum.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

ABSÓLVE, quæsumus, Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, et ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum; ut, in resurrectiónis glóriâ, inter sanctos et eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum, etc.

℣. Requiem ✠ ætérnam dona eis, Dómine;

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

QUINQUE ABSOLUTIONES.

SOLEMNI *ritu à quinque Prælatis, finitâ Missâ, ad feretrum seu tumulum processionaliter cum Ministris accedentibus fieri solent: in exequiis scilicet alicujus summi Pontificis, vel S. E. R. Cardinalis seu Metropolitani, aut Episcopi proprii, seu Imperatoris, Regis, vel Ducis magni, aut Domini loci; sed omissis Ceremoniis, brevitatis causâ, quæ in Pontificali Romano, parte tertiâ sub finem, et in Ceremoniali Episcoporum lib.* 2. *c. xj eò fusiùs, quò diligentiùs prævidendæ Ministris et Prælatis, exhibentur. Quinque tantùm Responsoria, cum Precibus et Orationibus quæ in his Absolutionibus cantantur, pro Cantorum et Chori commoditate hìc assignanda censentur. Omnibus igitur Prælatis cum suis Ministris circa feretrum seu tumulum ordine præscripto*

constitutis, dictâque ab Episcopo celebrante Oratione. Non intres in judícium, etc. *ut suprà,* pag. clxxxiij *à Cantoribus inchoatur.*

¶ *PRIMUM.* R. Subveníte Sancti, *ut suprà, clxxxv. quod prosequitur Chorus : quo peracto subjungitur à Cantoribus et primo Choro* Kyrie, eléison, *ut suprà,* pag. *cxc. quibus dictis senior et primus ex quatuor Prælatis, detecto capite, stans dicit altâ voce,* Pater noster, *etc., quod secretò complet. Et cùm redierit post aspersionem et thurificationem ad locum suum, ante scabellum stans, junctis manibus, dicit :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui ómnia vivunt, et cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius, te súpplices deprecámur, ut súscipi júbeas ánimam fámuli tui *N.* per manus sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriarchæ, resuscitandámque in novíssimo judícii magni

magni die, et quidquid vitiósum, diábolo falléente, contráxit, tu pius et misericors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum, etc. ℟. Amen.

Tum sedent omnes Prœlati, coopertis capitibus, et Cantores inchoant.

¶ *SECUNDUM.* ℟. Qui Lázarum, *ut suprà, cxlix. quod prosequitur Chorus, cui adjungendus est.* ℣. Réquiem æternam, *desumendus ex.* ℟. Subveníte, *ut suprà, clxxxv. cum repetitione.* Tu eis, Dómine. *Quibus dictis, à Cantoribus et primo Choro cantatur* Kyrie, eléison, *ut sup., cxc., quibus peractis, secundus dignior Prælatus, detecto capite stans, voce intelligibili dicit:* Pater noster, *quod secretò complet; factâque aspersione et thurificatione, in loco suo ante scabellum stans, junctis manibus, dicit.* ℣. Et ne nos, *cum cæteris Versicul., et solâ Oratione.* Fac quæsumus, Dómine, *ut sup. cxciij. quâ solâ Oratione dictâ, sedent omnes cum mitrâ, et Cantores incipiunt.*

¶ *TERTIUM.* ℟. Dómine quando véneris, *ut suprà, clj. quod prosequitur Chorus, cui peracto subjungitur à Cantoribus et primo Choro,* Kyrie, eléison, *ut suprà, cxc. quibus dictis, tertius dignior Prælatus, operto capite stans, dicit intelligibili voce,* Pater noster, *quod secretò complet. Et, cùm redierit post aspersionem et thurificationem ad locum suum, ante scabellum stans, junctis manibus, dicit.* ℣. Et ne nos, *cum cæteris Vers. ut suprà, cxcj. cum solâ Oratione.* Inclína, Dómine, *ut suprà, cxxxv. cum brevi conclusione* Per Christum,

quâ solâ Orat. dictâ, omnes similiter sedent cum Mitrâ, et Cantores incipiunt.

¶ *QUARTUM.* ℟. Ne recordéris, *ut suprà, clxj. quod prosequitur Chorus; cui peracto subjungitur à Cantoribus et primo choro*, Kyrie, eléison, *ut suprà, cxc. quibus dictis, quartus junior Prælatus, operto capite stans, altâ voce dicit :* Pater noster, *quod secretò complet, factâque aspersione cum thurificatione, in loco suo ante scabellum stans, junctis manibus, dicit.* ℣. Et ne nos, *cum cæteris Versic. et Orat.* Absólve, quæsumus, Dómine, *ut suprà*, pag. *clxxxvij.*

Tunc sedent omnes Prælati, coopertis capitibus, et Cantores inchoant.

¶ *QUINTUM et ultimum.* ℟. Líbera me, Dómine, *ut suprà clxxij. quod prosequitur chorus, cui peracto subjungitur à Cantoribus et primo choro.* Kyrie, eléison, *ut suprà, cxc. Quibus dictis, Celebrans Episcopus, operto capite stans, intelligibili voce dicit :* Pater noster, *quod secretò complet. Et, cùm redierit post aspersionem et thurificationem ad locum suum, ante faldisterium suum stans, junctis manibus, dicit :*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A portâ ínferi,
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui *N.* ut defúnctus século tibi vivat, et, quæ per fragilitátem carnis humanâ conversatióne commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deindè dicit idem Pontifex benedicens lectum :

℣. Réquiem ✠ ætérnam dona ei, Dómine;

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

Tum Cantores subdunt : Requiéscat in pace.

℟. Amen.

Quo dicto, Prælati, receptis Mitris, eo ordine quo venerant cum Ministris revertantur ad Sacristiam, ubì deponunt omnes sacras vestes, et ad propria quisque revertitur.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS.

Cum *infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta ætatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integritatis carnis et virginitatis ; et Parochus superpelliceo et stolâ albâ indutus, et alii de Clero, si adsint, præcedente Cruce, quæ sine hastâ defertur, accedunt*

ad domum Defuncti, cum Clerico vas aquæ benedictæ et aspersorium deferente. Sacerdos aspergit corpus, deindè dicit:



Psalmus 112.

LAUDATE puéri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc et usque in séculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus; * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo et in terrâ ?


Súscitans à terra ínopem; * et de stércore érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, et Fílio, etc.

Sicut erat in princípio, etc.




Ant. Sit nomen Domini benedictum



ex hoc nunc et us- que in se-culum.

Dùm portatur ad Ecclesiam, dicatur Psalmus. Beáti immaculáti, etc., *ex Horis diuturnis sumendus. Et, si tempus superest, dici potest Psalmus* Laudáte Dóminum de cœlis, *cum aliis duobus sequentibus, ut suprà,* pag. *cxxiij et in fine ultimi dicatur.* Glória Patri. *Cùm autem pervenerint ad Ecclesiam, dicatur :*



Ant. Hic ac-* ci- pi- et. E u o u a e. 6. *t.*

Psalmus 23.

DOMINI est terra et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum ; * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini, * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam : nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.


Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri, et Filio, etc.



Deindè dicitur Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. *Reliqua secr. Inte-*

rim Sacerdos aspergit corpus Parvuli, posteà dicit :

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ;

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Me autem propter innocéntiam suscepísti ;

℟. Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.


℣. Dóminus vobíscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS et mitíssime Deus, qui ómnibus parvulis renátis fonte baptismatis, dùm migrant à século, sine ullis eórum méritis vitam íllicò largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli hódie crédimus te fecísse, fac nos, quæsumus Dómine, per intercessiónem beátæ Maríæ semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuorum, hìc purificátis tibi méntibus famulári, et in Paradíso cum beátis parvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


Dùm portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur, dicitur :



Ant. Ju- ve-nes E u o u a e. 4. *toni.*

Et inchoatur Psalmus Laudáte Dóminum de

cœlis, etc. *ut suprà*, pag. cxviij *cum* ℣. Glória Patri, etc. *in fine Psalmi. Deindè repetitur :*



Deindè dicitur Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster. *reliqua secretò.*

Deindè. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ;
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Sínite párvulos veníre ad me :
℟. Tálium est enim regnum cœlórum.
℣. Dóminus vobíscum,
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad cœlórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es, dignéris étiam, Dómine, ita nobis misericórditer ágere, ut méritis tuæ sanctíssimæ Passiónis, intercessióne beátæ Mariæ semper Vírginis et ómnium Sanctórum

Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus sanctis et eléctis tuis semper fácias congaudére, Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte, etc.

Deindè Sacerdos benedicit incensum more solito; tum corpus aspergit aquâ benedictâ, et thurificat similiter et tumulum, posteà sepelitur:

Cùm autem à sepulturâ revertuntur in Ecclesiam, inchoetur sequens Antiphona.



Ant. Be-ne-di- ci- te. E u o u a e. 7. *t.*

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

BENEDÍCITE, ómnia ópera Dómini, Dómino; * laudáte et superexaltáte eum in sécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite cœli Dómino.

Benedícite, aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedicite, Sol et Luna, Dómino: * benedícite, stellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sécula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terrâ, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israël Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sécula.


Benedícite, Sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ justórum, Dómino: * benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.


Benedícite, Anánia, Azária, Mísaël, Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sécula.

Benedícámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sécula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sécula. *Sine* Glória Patri, etc.



Ant. Be-nedi- ci-te Do-minum, omnes



e- lec-ti e-jus, a- gi- te di-es læ-ti-



ti- æ, et confi- te- mi-ni il- li.

Deindè ad Altare Sacerdos dicit Vers. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas, concéde propítius, ut, à quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terrâ vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.


CANTUS

Ad implorandam Dei misericordiam.

Antiphona.



PAR-CE, Domine, parce, po-pu-lo




tu- o, ne in æ- ter- num i- rasca- ris




no- bis.

Psalmus.



MI- SE-RE-RE me-î, De- us, * secundùm




magnam mi-se-ri-cor- di-am tu- am. 1. *toni.*

Et secúndùm multitúdinem, *pag. clxxvj.*

CANTUS


Ad Adorationem Sanctæ Crucis.




TEMPORE PASCHALI,

In fine Responsorior. et Antiph. additur. Alleluia, *secundùm tonos ut sequitur.*


Primi toni.




Secundi toni.




Tertii toni.




Quarti toni.




Quinti toni.







Sexti toni.



Septimi toni.




Octavi toni.




IN ANTIPHONIS


Primi et Secundi toni.




Tertii et Quarti toni.



Quinti et Sexti toni.



Septimi et Octavi toni.



FINIS.

INDEX

INDEX

OMNIUM

QUÆ IN HOC LIBRO

CONTINENTUR.

PROPRIUM DE TEMPORE.

PROPRIUM SANCTORUM.

MENSIS NOVEMBRIS.

MENSIS DECEMBRIS.

MENSIS JANUARII.

INDEX.

MENSIS JUNII.

MENSIS JULII.

MENSIS AUGUSTI.

MENSIS SEPTEMBRIS.

INDEX.

MENSIS OCTOBRIS.

MENSIS NOVEMBRIS.

Festa ad libitum.

COMMUNE SANCTORUM.

INDEX.

COMMUNE PROCESSIONUM

pro variis Necessitatibus publicis.